VOL I PART II

PORTVGALIAE MONVMENTA HISTORICA

A SAECVLO OCTAVO POST CHRISTVM VSQVE AD QVINTVMDECIMVM

IVSSV ACADEMIAE SCIENTIARVM OLISIPONENSIS

EDITA

INQVISITIONES

VOLVMEN I

PARS II

FASCICVLVS IX

OLISIPONE
EX TYPOGRAPHIA NATIONALI
M DCCCC LXXVII

PORTVGALIAE

MONVMENTA HISTORICA

ADVERTÊNCIA PRELIMINAR

Das Inquirições Gerais de Afonso III do ano de 1258 estão por publicar as actas da quinta e última alçada, objecto do presente fascículo. As respectivas circunscrições, com excepção da terceira alçada, situam-se no Norte do País, em Além-Douro. A quinta alçada abrange a região entre os rios Cávado e Ave, a terra de Barroso, e Chaves até ao Tâmega.

Conforme consta do preâmbulo destas actas, o Rei de Portugal e Conde de Bolonha manda inquirir sobre os direitos que aí tem ou deve ter, novos e velhos, quer de reguengos como de foros e de padroado de igrejas, de honras e coutos, e também de herdades de cavaleiros e ordens militares e religiosas, adquiridas por qualquer título nesses lugares, desde o tempo de seu pai, D. Afonso III.

A comissão inquiridora foi constituída por João Martins, prior da Igreja de S. Bartolomeu de Coimbra, Domingos Pires do Átrio, cidadão conimbricense, Martim Mendes, cónego da Igreja de S. Vicente de Lisboa, e Pais Martins, escrivão régio. A tarefa teve início a 31 de Julho de 1258, em Vila do Conde, cabendo ao dito escrivão registar o depoimento das testemunhas inquiridas sobre as matérias apontadas.

Conforme consta das exaustivas Memórias para a História das Inquirições dos primeiros reinados de Portugal, *coligidas por João Pedro Ribeiro e seus discípulos da Aula de Diplomática no ano de 1814–1815, as fontes que contêm as actas da quinta alçada são as seguintes:*

1.º Livro IX das Inquirições de D. Afonso III, desde fl. 1-v.º a fl. 46, exceptuadas as fls. 8 e 9, que respeitam às actas da primeira alçada, igualmente transcritas nesse códice, de fl. 47 a fl. 120, onde as duas referidas folhas estiveram devidamente ordenadas (sob os n.ºs 77 e 78) antes da actual encadernação do Livro IX.

2.º Livro VII de D. Afonso III, em que falta já o preâmbulo do texto, os artigos sobre a freguesia de Vila do Conde e os da parte inicial da freguesia de Santiago de Amorim. A data em que se executou esta cópia consta da verba final, a fl. 92 do mesmo livro: Finito libro sit laus et gloria Christo. Era MCCCXXXVIII anos, desoito dias andados dagosto. Deo gratias.

3.ª LIVRO DE INQUIRIÇÕES DE ENTRE CÁDAVO E MINHO *(Códice n.º 52 da Leitura Nova do reinado de D. Manuel I, fl. 1 a fl. 95-v.º).*

São estes os códices onde se encontram lançadas em cópia as actas da quinta alçada das Inquirições de 1258[1].

*

Já os reformadores da Leitura Nova reconheceram, em nota aditada a fl. 1 do citado LIVRO VII DE *D.* AFONSO *III (vid. aqui, p. 1410, col. 2, nota 3), ser o texto do* LIVRO IX DAS INQUIRIÇÕES DE *D.* AFONSO *III «mais verdadeiro e antigo» que o do anterior. E, como a análise de ambas as cópias revela, sem lugar a dúvidas, que a cópia deste códice (*LIVRO VII *. . .) provém directamente do* LIVRO IX, *o conhecimento da data em que se concluiu a segunda (a do* LIVRO VII *. . .) isto é, 18 de Agosto de 1300, como ficou dito, fornece-nos o* terminus ante quem *da primeira. Torna-se portanto possível asseverar que a cópia do* LIVRO IX, *aqui utilizada para texto sob a sigla A, se executou no século* XIII, *e, em face do tipo da sua letra (minúscula semicursiva da chancelaria régia), supomo-la escrita no próprio reinado de D. Afonso III.*

Sucede, porém, que a cópia da primeira alçada, feita também no LIVRO IX, *procede do mesmo punho que lançou aí a da quinta alçada, embora esta se encontre redigida em latim e a anterior vertida para vulgar. Tal identidade, quanto às características extrínsecas de ambas as partes do códice, revela que todo ele foi elaborado ao mesmo tempo ou em trabalho sucessivo, o que por sua vez implica que o* terminus ante quem *já determinado para a cópia da quinta alçada se aplica de igual modo à da outra do mesmo códice:*

*

As siglas indicativas das fontes do texto que ora se dá a lume são:

A *para a 1.ª,* o LIVRO IX DAS INQUIRIÇÕES DE *D.* AFONSO *III.*

B *para a 2.ª,* o LIVRO VII DE *D.* AFONSO *III.*

C *para a 3.ª,* o *Códice n.º 52 da Leitura Nova do reinado de D. Manuel I, dito* LIVRO DE INQUIRIÇÕES DE ENTRE CÁDAVO E MINHO, *ou* LIVRO DE INQUIRIÇÕES DE ENTRE HOMEM E CÁDAVO[2].

Tenham-se em conta designadamente as notas no rodapé das páginas 1409 e 1410 do texto.

RUI PINTO DE AZEVEDO.

---

[1] *Memórias* cit. no texto, pp. 65-66.

[2] *Memórias* cit. p. 65.

INQUIRIÇÕES GERAES DE D. AFFONSO III

1258

QUINTA ALÇADA

(In Dei nomine. Notum sit omnibus tam presentibus)[1] quam futuris quod Domnus Alfonsus, Dei gratia Rex Portugalie et Comes Bolonie, mandavit inquirere totam terram de inter Cadavum et Avem et Barrosum et Chavias, sicut dividit per fluvium de Tamega, omnia jura que ibi habet et debet habere nova et vetera, tam de regalenguis, quam de foris, quam de forariis, quam de jure patronatus ecclesiarum, quam de honoribus, quam de cautis, quam de hereditatibus militum et ordinum, in quibus habet directum et debet habere, et quantum obtinuerunt vel emerunt in unoquoque loco ordines a tempore Regis Domni Alfonsi, patris sui, per Johannem Martini, priorem Sancti Bartholomei colimbriensis et Dominicum Petri de Atrio, civem colimbriensem et Matheum Menendi, canonicum Sancti Vincencii de Ulixbona et per Pelagium Martini, scribanum predicti Domini Regis, juratos super Sancta Dei Evangelia quod inquirerent bene et fideliter totam veritatem de bonis hominibus ad utilitatem tocius populi et coronam regni. Nos igitur predicti inquisitores incepimus inquirere in Villa de Conde, prima die Kalendarum Augusti et illud quod dicebat quilibet testis, per se in secreto, juratus super Sancta Dei Evangelia, statim faciebamus scribere per manum Pelagii Martini, predicti scribani. Hec autem inquisicio incepta fuit in Era M.ª CC.ª LX.ª VI., prima die Kalendarum Augusti, feria V.ª

Hec est inquisitio de parrochia Sancti Johannis de Villa de Conde.—Primo, Suerius Menendi, judex eiusdem ville, et Menendus Pelagii et Johannes Martini et Martinus Petri, sacerdos dictus maior, et Petrus Velio et Menendus Garcie, jurati et interrogati quis est patronus istius ecclesie, dixerunt quod ecclesia Vimaranis.

Interrogati cujus est Villa de Conde, dixerunt quod de netis Domne Marie Pelagii. Interrogati quis dederat eam Domne Marie Pelagii, dixerunt quod Dominus Rex Sancius primus.

Interrogati quot casalia erant ibi, dixerunt quod bene trescenti et plus.

Interrogati si faciunt inde aliquod forum Domino Regi vel si debent facere de jure, responderunt quod non.

Interrogati si aliquis ordo vel miles aliquis habebant ibi aliquod casale vel casalia de quo vel quibus Dominus Rex deberet habere forum, responderunt quod ecclesia Vimaranis habebat ibi duo casalia et monasterium de Costa alia duo, de quibus numquam viderunt nec audierunt quod Dominus Rex reciperet inde forum. Hoc tantum sciebant quod ante loca predicta fuerant in possessione predictorum casalium quia Domna Maria Pelagii esset domina de Villa de Conde.

Interrogati si intrat ibi maiordomus Domini Regis, dixerunt quod non. Interrogati quot pinacie sunt ibi, dixerunt quod sexaginta et plus. Interrogati si faciunt vel fecerunt inde forum Domino Regi, dixerunt quod non.

Interrogati per quem locum intrant in mare, dixerunt quod per focem de Ave. Interrogati quis habeat jura de fluvio ipso, responderunt quod Domna Maria, preter navaum quod habitatores de Piindelo et de Zurara dabant Domino Regi.

Interrogati si Domna Maria Pelagii hedificaverat ibi populas de novo, dixerunt quod sic. Interrogati in quo termino, dixerunt quod credebant quod in termino de Villa de Conde, sicut dicebatur, et una popula vocabatur Regufi et altera Mata.

Interrogati si morabatur ibi forarius qui deberet tenere terram Domini Regis de foro, vel aliquis qui fecisset calumpniam antequam venisset ibi morari et non persolvisset eam, vel qui teneret regalengum Domini Regis absconditum, responderunt quod non, ut credebant.

Interrogati per quem *(sic)* loca erat terminus de Villa de Conde, dixerunt quod, ut dicebatur, erat per quasdam petras assignatas. Interrogati quomodo sciebant, res-

[1] *As palavras entre ( ) faltam agora em* **A.**, *por ter sido aparada a parte superior das folhas do códice quando este se encadernou em 1555. A reconstituição das mesmas fez-se pelo Livro de Inquirições de Entre Cadavo e Minho, da Leitura Nova, dada a impossibilidade de recorrer à lição* **B.**, *que chegou até nós destituida da parte inicial, como se disse no preâmbulo.*

ponderunt quod audiverant ita dicere Domne Marie Pelagii.

Interrogati si viderunt inde aliquam cartam vel Dominum Regem Sancium primum assignantem sibi predictos terminos, dixerunt quod non.

Julgado de Faria[1]

In judicatu de Faria.—Hec sunt jura que Dominus Rex[2] ibi habet et debet habere. Primo, Martinus Martini, judex, juratus ad Sancta Dei Evangelia nobiscum inquisivit et omnia que sciebat fideliter demonstravit[3].

In collatione Sancti Jacobi de Amorim.—Petrus Petri, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus quis esset patronus ecclesie, dixit quod milites.

Interrogatus si habebat ibi aliquod[4] jus [Dominus Rex] presentandi, respondit quod non. Interrogatus quomodo sciebat hoc, respondit quod nunquam vidit nec audivit.

Interrogatus si Dominus Rex habebat regalengum in parrochia sua, respondit quod sic. Interrogatus quantum et ubi, respondit quod in Maurili cum termino suo erant de veteri xij. casalia et modo sunt populata vj. Interrogatus quare non erant populata alia vj. casalia, respondit quod propter malefectoriam de ricomen et maiordomorum suorum.

Interrogatus si in parrochia sua alius locus esset /[fl. 2] regalengum Domini Regis (respondit quod sic. Interrogatus quis esset locus, dixit quod aldeola de Man)din[5] cum suo termino. Interrogatus quot casalia erant ibi, respondit quod vij. et non sunt nisi sex populata. Interrogatus quare illud unum non erat populatum, respondit sicut de aliis de Maureli.

Interrogatus si in parrochia sua esset plus de regalengo Domini Regis, dixit quod in Cadelli habet unum casale[6] et in Amorim aliud casale in quo solebant morari duo homines ut se deffenderent. Et in Travazos aliud casale.

Interrogatus quale forum faciebant de regalengo de Maureli Domino Regi, respondit quod de pane dant ⟨et⟩ quartam partem et quando volunt panes colligere, vocant maiordomum Domini Regis et de tribus modiis ultra dant Domino Regi inter eos et maiordomum tres taligas de milio de heiradiga[7] et de tribus modiis infra quot modios habuerint, tot taligas dabunt simili modo. Dant preterea in festo Sancti Michaelis singulos morabitinos, excepta loitosa. De loitosa vero dat unusquisque ij. morabitinos per se. Et unusquisque per se semel in anno dant sex denarios de collecta Domino Regi, si passaverit Dorium. Aliud autem forum non faciunt.

[1] *Rubrica a tinta vermelha.*—[2] **B.** *Falta.*—[3] **B.** *acrescenta em letra mais tardia:* Fuerunt facte iste inquisitio[nes] in Era M.ª CC.ª LX.ª V.ª prima die Kalendarum Agusti feria V.ª *A data está errada, mas à margem emendaram para 1296.*—[4] **B.** aliquid—[5] *O que vai entre ( ) falta em* **A.,** *pelo motivo alegado na pág. 1409, nota 1. A reconstituição do texto fez-se por* **B.**—[6] *Sinal abreviativo sobre o* e, *posto por lapso.*—[7] **B.** heradiga

Interrogatus quale forum faciebant de regalengo de Mandin Domino Regi, respondit quod de pane et de eyradiga et de collecta dant tale forum quale Maureli. Loitosam vero non dant, sed dat[1] unusquisque per se in festo Sancti Michaelis ij. solidos de toto foro. De Cadelli vero in omnibus et per omnia, similiter. De Amorim vero in omnibus et per omnia, similiter. De casali vero de Travazos, debent facere in omnibus et per omnia sicut unus[2] de casalibus de Mandin, sed modo non est populatum. Interrogatus quare, respondit quod Martinus Petri, qui dictum casale populavit per cartam, defunctus est et filii sui divisi sunt et non populant illud. Addidit etiam quod in predicta aldeya de Travazos est quedam hereditas que dicitur de Godino et dat anuatim Domino Regi in censoria sex taligas de pane. Dixit etiam quod homines qui erant extra regalengum, si laborant in regalengo dant unum franganum cum decem ovis de foro.

Interrogatus si de predictis locis dabant fossadariam, respondit se nescire.

Interrogatus si in istis locis pectant vocem et calumpniam, respondit quod in Cadeli et Amorim hereditates ecclesiarum pectant vocem et calumpniam et vadunt in fossato Domini Regis.

Item dixit quod Johannes Laurentii tenet tria casalia de testamento Sancti Simeonis et non faciunt forum Domino Regi quod deberent facere.

Interrogatus de honoribus novis de cautis de hereditatibus militum et ordinum in quibus Dominus Rex habet directum et debet habere, et quantum obtinuerunt vel emerunt in unoquoque loco ordines a tempore Regis Domini Alfonsi, patris istius Regis, qui mandavit facere inquisicionem generalem usque modo, et de amis militum, respondit quod in parrochia sua non erat aliquid vel aliqua de istis omibus *(sic)* preter Abonemar, quod est honor militum cum Travazos et Boretaes.

Martinus Martini judex, juratus et interrogatus, dixit in omnibus et per omnia sicut Petrus Petri, abbas ipsius ecclesie, addidid etiam quod in alio tempore solebant dare triginta triginta pexotas sex de casalibus de Maureli et alias sex casalia dabant Domino Regi LX. LX. annuatim pro foro et ricohomini singulos alqueires de tritico pro fugaciis, sed tunc non dabant singulos morabitinos.

Johannes Dominici de Mandin, juratus et interrogatus, dixit in omnibus et per omnia sicut primus, tamen regalengum et foros de Maureli ignorabat. Dixit autem de regalengo de Mandin quod non dabat nisi unam taligam eyradiga, secundum cartam quam tenent. Dixit etiam quod ipse dat totum forum de casali de Mandin non populato[3].

[1] **B.** dant —[2] *Sinal abreviativo sobre a palavra, posto por lapso.*—[3] *Termina aqui a fl. 1 de* **B.** *com a seguinte nota:* «Este livro foi comcertado de verbo a verbo com outro de purgaminho que *(sic)* per o bacharell Joham Vaaz que per mandado del Rey Noso Senhor tem carreguo de prever e comcertar esta livraria do tonbo. E achou serem ambos de hũu mesmo theor e sostamcia. E por o outro ser mais verdadeiro e amtigo se treladou e fez outro livro novo per homde este e o outro sam ja escusados. Pedro Annes, Thome Lopez.»

Domnus Laurentius de Amorim dixit sicut Johannes Dominici.

Johannes Pelagii de Maureli, juratus et interrogatus, dixit in omnibus et per omnia sicut judex.

Johannes Juliani et Domnus Andreas de Travazos, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut judex. Addiderunt etiam quod habitatores de Travazos dant annuatim fossadariam Domino Regi que talis est. De hereditate Petrilini[1] et suorum fratrum dant iij. varas de bragale et Johannes Menendi clericus gaanavit et comparavit noviter partem cujusdam hereditatis, de qua Domnus Rex debet habere unam varam de bragale annuatim. Item dixerunt quod hereditate de Caneirus audiverunt dicere quod Dominus Rex debet habere annuatim ij. varas de bragale in fossadeira.

Johannes Pelagii et Johannes Juliani et Domnus Andreas, predicti testes, dixerunt quod regalengum de Maureli dat de quolibet modio unam taligam de pane pro eiradiga.

Item, in collatione Sancte Marie de Terroso.—Dominicus Petri, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod milites presentaverunt ibi eum cum parrochianis et Dominus Rex non presentabat ibi. Dixit etiam quod medietas de Segiaes, de monte in montem et de fonte in fontem, est regalenga Domini Regis, exceptis domibus ipsius aldee pro quibus Dominus Rex habet bonum cambium in ipsa hereditate regalenga, bene divisatum et partitum per marcos et per terminos. De foro autem de pane de terra rupta, que assignata est per terminos, dant Domino Regi terciam partem; de non rupta, dant quartam partem; dant de quolibet quartario panis unum alqueire panis secundi de eyradiga. Et omnes qui ibi laboraverint dant singulos franganos cum x. x. ovis et quando volunt segare vocant maiordomum Domini Regis. Herdatores ejusdem aldeye dant fossadariam Domino Regi annuatim, scilicet[2]: de hereditate Dominici Roderici cum germanitate sua dant iij. cubitos de bragal; de hereditate de Petro Arie cum germanitate sua dant ij. varas de bragal. De aldeya de Paramios, dixit quod xj. herdadores habitabant ibi et omnes dant fossadariam Domino Regi, scilicet: de hereditate Johannis Alfonsi[3] cum germanitate sua dant mediam varam de bragal. Item, de hereditate de Gonsalvino cum germanitate sua dant v. varas de bragal. Item, de hereditate de Suerio Mauro dant ij. varas, minus sesta de bragal. Item, de hereditate de Pelagio Rebentina, iij. denarios. Regalengum quod laborant homines de Paramios pro maiori parte non est divisum et de quanto non est divisum habet Dominus Rex medietatem. De pane dant terciam partem et de lino, in aliis vero foris, dant in omnibus et per omnia sicut Sigiaes.

In Paacioo[4] sunt vij. casalia et sunt duo Domini Regis, de quibus dant quartam panis et /fl. 2 v.º (singulas taligas de)[1] heyradiga[2], inter illos et maiordomum, et sex. sex. denarios de collecta, et ij. ij. solidos de foro, et singulos carnarios de loitosa. Duo casalia de Sancto Petro de Ratis dant Domino Regi annuatim pro voce et calumpnia singulos medios morabitinos et singulas gallinas, exceptis tribus calumpniis[3] magris. De casali[4] vero Sancti Christofori, perdidit Dominus Rex totum suum jus quia datum est in prestimonium Laurencio Stephani, filio Stephani Valasci militis. Forum autem tale est, scilicet: una tercia de morabitino et una gallina; casale Hospitalis nichil dat; et de hereditate que fuit Pelagii Vermudi dant Domino Regi mediam varam de bragal in fossadeira[5]. In Vilar moratur Domnus Duram erdador, dat cum germanis suis ij. varas in fossadeira[5], et moratur ibi Martinus Petri et Johannes Vincentii, et isti tres laborant in regalengo Domini Regis et faciunt inde tale forum in omnibus et per omnia sicut homines de Paramios. In Chamosinos est unum casale de regalengo et dat in omnibus et per omnia sicut unum de casalibus Domini Regis de Paacioo[6], excepto quod istud casale dat terciam partem panis. In ista collatione non pectant nisi iiij.or calumpnias[7].

Item, Domnus Valascus Laurentii de Cunia comparavit et gaanavit hereditatem in Sigiaes de erdadoribus[8] forariis Domini Regis et fecit ibi noviter domum honoratam super regalengum Domini Regis. Domnus Alfonsus[9] de Paramios dedit hereditatem forariam Domini Regis Domno Johanni Rotondo pro cambio[10] et non habet inde cambium[11]. Item, ame militum non sunt in ista parrochia. Item, ordines vel milites nichil comparaverunt in ista parrochia. Item, dixit quod regalengum Domini Regis in ista parrochia pro maiori parte non est divisum, sed mixtum. Martinus Roderici de Sigiaes et Durandus de Vilar et Dominicus Martiniz de Chamosius et Pelagius Menendi, Domnus Francus de Sigiaes et Domnus Laurentius et Johannes Alfonsi, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Dominicus Menendi.

Suerius Rio Malo et Dominicus Giraldi et Martinus Johannis de Nabaes, jurati et interrogati super illo loco de Paramio de Jusano quod est in ista parrochia, dixerunt quod medietas erat Domini Regis, de qua nichil modo habet, propter Petrum Stephani quod accepit eam. Et dixerunt etiam quod in Sancto Laurentio jam non intrat maiordomus qui solebat ibi intrare, propter Menendo Nabaes maiordomum et forarium Domini Regis de Fao, per caput qui vendidit pro j. denario Johanni Rotondo totam hereditatem quam ibi habebat, in qua ipse Johannes Rotondus fecit multas casas.

Item, in collatione Sancti Michaelis de Laudus.—Dominicus Petri, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod parrochiani presentabant in ecclesia et Dominus Rex numquam presentabat ibi.

[1] **B.** Petrilitu—[2] **B.** similiter—[3] **B.** Alfonssi—[4] **B.** Paacoo

[1] *Vid. p. 1410, col. 1.ª, nota 5.*—[2] **B.** eyradiga—[3] **B.** colupniis—[4] **A.** casale—[5] **B.** fossadaria—[6] **B.** Paaçoo—[7] **B.** collupnias—[8] **B.** herdadoribus—[9] **B.** Alffonssus—[10] **B.** canbio—[11] **B.** canbium

Item, dixit quod in collatione sua audivit dicere quod est quoddam casale de regalengo Domini Regis, et vocatur Doeiro, et dant inde quartam partem panis de foro, sed modo non est populatum, propter metum militum os[1] de Ciquiavy.

Item, dixit quod erdatores ejusdem loci dant fossadariam Domino Regi annuatim, scilicet: de hereditate Michaelis Suerii et Pelagii Suerii, iiij. varas minus quarta de bragal. Item, de hereditate Suerii Duraiz, v. denarios. Item, de hereditate Gunsalvi Alfonsi, v. denarios. Item, de hereditate Domni Froya de Rial, vij. denarios. Item, de hereditate Domni Laurentii, vj. denarios. Item, dixit quod non faciunt aliud forum Domino Regi quia tota parrochia est honor Petri Salvatoris, militis, quia criavit Domnum Egidium Sancii. Item, dixit quod non est ibi forarius Domini Regis.

Item, dixit quod Johannes Laurencii de Cunia et Domnus Petrus Salvati comparaverunt hereditatem de herdatoribus, et filii Domni Petri Salvati fecerunt inde duo casalia. Item, dixit quod ordines nichil comparaverunt ibi nec cauta sunt ibi. Item, dixit quod maiordomus Domini Regis non intrat ibi, nec etiam ad petendam[2] fossadariam

Suerius Menendi, juratus et interrogatus, idem dixit in omnibus et per omnia. Pelagius Petri, juratus et interrogatus, idem dixit in omnibus et per omnia. Domnus Vincencius, juratus et interrogatus, idem dixit in omnibus et per omnia. Petrus Martini de Rial, juratus et interrogatus, idem dixit in omnibus et per omnia. Johannes Gunsalvi, juratus et interrogatus, idem dixit in omnibus et per omnia. Johannes Suerii et Dominicus de Bazar et Suerius Menendi, jurati et interrogati, dixerunt in omnia et per omnia sicut primus. Interrogati etiam de baucis novis, quas ipsi et homines de Laudus fecerunt, de quo termino erant et si erant de termino de Laudus, dixerunt quod ignorabant.

Item, in collatione Sancti Salvatoris de Grisuffi[3].—Johannes Gunsalvi, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus, nec est ibi regalengum, nec erdadores sunt ibi qui dent fossadariam quia est honor vetus Domni Pelagii Corrigie veteris et nichil ibi habet Dominus Rex.

Martinus Pilitarius et Johannes Simeonis et Martinus Egidii et Gunsalvus Plagii[4] et Pelagius Petri, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Johannes Gunsalvi, abbas ipsius ecclesie.

Item, in collatione Sancte Marie de Gesmundi.—Dominicus Pelagii, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus.

Item, dixit quod Dominus Rex non habet ibi regalengum, nec forarium aliquem, nec cautum, nec honor novus est ibi, sed est honor[1] vetus Domni Pelagii Luppi qui tollebat vocem et calumpniam[2], sed faciebant in hoc sibi forciam et ideo Martinus Moniz, nepos aut binepos ejus, et Petrus Petri milites nutriverunt ibi filiam Domni Garssie Menendi, scilicet: Domnam Mariam Garsie et propter illam non intrat ibi maiordomus nec pectant[3] vocem nec calumpniam et hoc in Gesmundi.

Item, dixit quod dant Domino Regi annuatim de fossadaria, scilicet: de casali Marie Menendi, ij. varas de bragal. Item, de casali de Pena, ij. varas de bragal, de qua tollis[4] ecclesia quartam partem. Item, de hereditate de Pelagio Baralia, medium bragal minus vij. denarios quos tollit ecclesia Sancti Jacobi de Villa Sicca, et iiij. denarios quos tollit Petrus Dominici servicialis Domini Regis de Fao. Item, de hereditate de Gesmundi de Marie Goterriz, ij. cubitos[5] medium de bragal et predictus servicialis tollit inde vj. denarios. Item, de hereditate de Cacavelus de Didaco Diaz, iiij. denarios, et de hereditate de Ermigii Pelagii, iiij. denarios. Item, de hereditate Suerii Gago, j. almude tritici per alqueire de Barcelus et Dominus Rex perdit alium almude propter Petrum Petri militem, dictum Pungi Pouco, qui comparavit ibi hereditatem.

Item, dixit quod ame militum et cauta[6] non sunt ibi.

Stephanus Johannis et Dominicus Menendi Ourado et Stephanus Painceiro[7] et Stephanus Niger et Martinus Petri de Revordaos, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Dominicus Pelagii, abbas ipsius ecclesie.

/fl. 3 (*Item, in collatione Sancte Marie de Tauguina.*—Martinus Martini, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit)[8] quod Dominus Rex Sancius secundus dederat ipsam ecclesiam archiepiscopo Domno Silvestro cum omni jure suo.

Item, dixit quod parrochia sua tota est regalenga Domini Regis, exceptis iiij.or casalibus que sunt in Sancta Christina, quorum unum est Sancti Christofori, aliud Sancti Simeonis, tercium fuit Domni Martini Petri Jejuni, quartum est herdadorum. Et istud solum casale de istis iiij.or est servitiaria Domini Regis. Et ibi, in Sancta Christina, est quedam hereditas dos Machoos que est demarcada et non est populata. Et si populata fuisset, populatores essent homines[9] Domini Regis. Et exceptis iij.bus casalibus ipsius ecclesie et una cabaneira, scilicet: in Touguina, duo casalia circa ecclesiam et tercium in Pena, que tria casalia habebat ecclesia ante donationem Domini Regis factam archiepiscopo, cabanariam, autem, postea fecit circa atrium ecclesie.

Ipsa autem ecclesia habet ibi searas suas ante donationem Domini Regis, scilicet: in Varzena, iiij.or leiras. Item, in fonte de Touguina, j. cortina. Item, in Covelo, unum agrum cum suis paredenariis, et cum suo termino.

[1] **A.** e **B.** *Parece tratar-se de pronome demonstrativo, em romanço, e não de* omnes *com falta de sinal abreviativo.*—[2] **B.** petandam—[3] **B.** Gruisuffi—[4] **B.** Pelagii

[1] **B.** onor—[2] **B.** colupniam—[3] **B.** pectat—[4] **A.** e **B.** *sic, por* tollit—[5] **B.** cubitos et medium—[6] **B.** caupta—[7] **B.** Parceiro—[8] *Vid. p. 1410, col. 1.ª, nota 5.*—[9] **B.** *Falta.*

Item, in Arruptea Vetera, j. leira. Item, in Lavandeira, unum terrenum cum suis arroteis. Item, in Macenaria, j. leira cum suis arrotis. Item, in Pena, ij. leiras. Item, in Cassamido, a sesta de uno terreno. Item, agrum de Mauris cum suo termino. Item, Agustim et Mouriz cum suis terminis; preterea habet arroteas suas quas tenent homines, scilicet: Gunsalvus Menendi de Pena et Dominicus Picho et Gunsalvus Martini de Pena tenent singulas leiras quarum Dominus Rex habet medietatem et ecclesiam medietatem et Gunsalvus Johannis habet unam arroteam in Boceleirus, conditione simili.

Item, dixit etiam quod audivit dicere quod ecclesia habet ire cum Domino Rege de monte in fonte et ipse per se mandat irrumpere terram non cultam ut dent sibi quartam partem et hoc in multis locis propter hoc quod audivit dicere.

Item, in Lavadores habet ecclesia vj. leiras parvas assignatas per loca et per terminos. Item, dixit quod in Lavadores sunt due cortine de erdadoribus Sancte Christine.

Item, in termino de Mata habet ecclesia quandam leiram que incipit in molendino de Teloza et vadit per ripariam usque ad Pontem das Presas.

Item, habet circa se vineam et Gallieira cum sua devesa et unum terrenum veterum marcatu sub Galieira.

Item, in Mondim habet ecclesia de Touguinoo unum casale totum demarcatum et habet ibi quebradas divisas et assignatas de quibus Dominus Rex habet terciam partem. Omnia vero alia singula et universsa que sunt in ista parrochia sunt regalenga Domini Regis. De Touguina vero et de Pena faciunt Domino Regi tale forum, scilicet: dant, das arroteas et de tritico, quartam partem. Item, de secunda et de lino et de legumine, dant tertiam partem de terreno veteri.

Item, dant pro eyradiga inter se et maiordomum, unusquisque per se, singulos quartarios de secunda, et pro festo Natalis Domini et Sancti Johannis Babtiste dant singuli singulos almudes de tritico pro fugacia, per mensuram de Ratis, dant omnia ista, et in mense Januarii dant singuli singulas gallinas.

Item in die Carniprivii, quisquis habuerit quinque oves paridas dabit ij. solidos pro cordeiro, alias dabit j. solidum pro cabrito.

Item, maiordomo de eyris dant singulos franganos et x.x. ova et iiij.^{or} iiij.^{or} denarios de sega, et pro festo Sancti Martini dant singuli singulos solidos pro bragale et quando Dominus Rex pasaverit Dorium dant vj. vj. denarios de collecta semel in anno, et includuntur ibi ganata de foro et homines malefactores[1] ligatos de ferris vel de tronco et quando Dominus Rex pausaverit in Sancta Christina, ubi est ospicium suum, de foro debent illi[2] facere bonam ramatam et habent exaveare triticum[3] et debent preconizare de foro |et dant ij. ij. morabitinos d(e loito)sa et ij. ij. solidos de s(ojoyzo)|[1]. Regalengum de Lavadores facit in omnibus et per omnia sicut Touguyna et Pena, excepto quod non sunt presseiros nec preconarii. Mandin vero facit sicut Lavadores, excepto quod quodlibet eorum per se dat Domino Regi anuatim[2] iij. solidos de renda.

Item, regalenga vero de Cassamido et de Mata sunt populata ad forum per cartam que non est Domini Regis, sed baronum terre, quod forum tale est: de toto pane dant quartam partem, excepto ordeo, quod si seminaverint de uno almude et ultra quartam partem dant de uno almude et infra nichil de lino, et leguminibus nichil dant.

Item, pro eyradiga dant j. alqueire de milio et alterum de messe et pro festo Natalis Domini et Sancti Johannis Babtiste dant singuli singulos alqueires de tritico[3], et maiordomo de eyris dant singulos franganos et x.x. ova et pro festo Sancti Michaelis iij. iij. solidos de renda et dat unusquisque per se singulos medios morabitinos de loitosa. Forarii vero non sunt omnes predicti de ista parrochia, nisi in predictis foris et debent levare panem Domini Regis ad cellarium Sancte Christine vel ad alium locum in parrochia.

Item, dixit quod honores novi nec ame militum sunt ibi, nec milites nec ordines nichil comparaverunt ibi nec adquisierunt.

Item, in collatione ista non pectant nisi iij. calumpnias[4] assignatas, et pro sanguine de super occulis dat v. solidos pro uno carnario, excepto Cassamido et Mata, quod non pectant sanguinem de super occulis.

Pelagius Roderici, juratus et interrogatus, dixit in omnibus et per omnia sicut Martinus Martini, abbas.

Petrus Gunsalvi[5] et Gunsalvus Menendi de Pena, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia.

Julianus de Mata et Petrus Johannis, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia[6].

Domnus Stephanus de Lavadores et Gil Suariz, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia.

Item, in collatione Sancti Salvatoris de Nabaes.—Aprilis Vincencii, abbas ipsius ecclesie, non erat ibi, qui est clericus Domine Regine Portugalie, Domne Beatricis.

Domnus Laurentius, juratus et interrogatus, dixit quod erdadores presentabant in ecclesia. Item, dixit quod audivit dicere quod dant Domino Regi ij. morabitinos de abodenga per forciam.

Item, dixit quod habet ibi Dominus Rex v.^{e} casalia de regalengo, populata et demarcata bene, et dant Domino Regi annuatim de toto pane quartam partem et de lino et de aliis nichil et de heyradiga dant unum alqueire de milio et alterum de cevada.

[1] **B.** malefautores—[2] **B.** ibi—[3] **B.** trilticum

[1] *O que vai entre | | é acrescento marginal em* **A.**, *da mesma mão do texto e com chamada para este. As letras entre ( ), eliminadas quando se aparou o códice para fins de encadernação, procedem de* **B.**—[2] **B.** annuatim—[3] **B.** trittico—[4] **B.** collupnias—[5] **B.** Gonsalviz—[6] **B.** *omite este testemunho.*

Item, dant vj. vj. denarios de collecta semel in anno quando Dominus Rex /fl. 3 v.º (passaverit Dorium et dant annuatim in festo Sancti Michaelis singulas tercias de morabitino de renda)[1] pro voce et calumpnia[2], exceptis iij. calumpniis[3], et dant pro loitosa singulos carnarios et vocant maiordomum Domini Regis ad segandum panem. Item, dixit quod nunquam vidit nec audivit in istis casalibus alium forum esse. Item, dixit quod habent inde cartam Domni Martini Petri alferaz.

Item, dixit quod Domnus Johannes Fernandi et Domna Maria Pelagii, uxor sua, quando tenebant terram de Faria prendiderunt Suerium Godini, qui habebat quandam hereditatem ibi de qua dabat Domino Regi sextam partem fructus in ratione, et per ipsam predictam prisionem de predicto Suerio Godini levaverunt de ipso ipsam hereditatem et tamen dant Regi ipsam sestam predictam.

Item, dixit quod Petrus Suerii, filius de ipso homine Suerio Godini, cum suis parentibus collegerunt Domnam Mariam ibi, in quadam hereditatem suam ingenuam quam ibi habebant in loco qui dicitur Miradililino, et ipse hereditas[4] erant leire divisate et non ibant magis ad montem, et propter hoc Domna Maria populavit de novo in termino de Regaufi et de Nabaes septem casalia, et nichil inde dant Domino Regi et quamvis homines Regis qui habitabant in suis casalibus volebant ire[5] irrumpere ad montem, tornabant inde eos per forciam et per feridas et etiam de aliis locis ruptis Domini Regis deitaverunt illos. Et Domna Maria nec ullus ex parte sua habuerunt ibi antea[6] aliquid[6], et per hoc habet Dominus Rex suas hereditates male paratas.

Item, dixit quod Pelagius Corrigia comparavit ibi unum casale, de quo dabant Domino Regi sextam in ratione et non habebat ibi aliquam avolengam neque intratam, et ad mortem suam dedit illud monasterio de Varzena et de ipso casali fecerunt duo de novo.

Item Domna Ouroana, filia sua, fecit tria casalia ibi in Petra Aguzadoira que est in termino de Nabaes et non dant inde aliquid Domino Regi.

Item, dixit quod Muledo est Domini Regis et dabant pro foro, scilicet: de Balteyra, sextam partem et de Moledo nonam partem et fecit Vincencius Petri Salvatoris unam populam in isto loco de Moledo et modo est de Domno Johanne Rotondo et nichil inde dant Domino Regi. Et in ipso supradicto Miradililino, in quo receperunt Domnam Mariam Pelagii, fecerunt iiij.or casas et vivunt per regalengum et non faciunt inde Domino Regi aliquod servicium. Et hoc totum factum fuit post mortem illustrissimi Domini Regis Alfonsi[7], patris istius.

Item, dixit quod nullus qui non sit habitator non laborat in regalengo, preter in Balteira et in Moledo que non sunt populata.

Item, dixit quod ignorabat quare non erant populata. Et sunt ibi v.e casalia de veteri et omnes qui laborant ibi dat quisque per se unum franganum et x.x. ova.

}(Item), dixit quod Regauffi est (me)dietas Domini Regis et (me)dietas hominum, et de (me)dietate Domini Regis (dant) terciam partem Domino Re(gi) et quicumque ibi laborat, (dat) unum franganum, (et x.) ova, exceptis os (Guey)mundos.

Item, dixit quod Domnus (Lau)rentius de Cunia[1] comparavit (de herda)doribus unum casale, et (habet) inde Dominus Rex terciam par(tem pa)nis. De medietate alia (jura vero non) habet, quia non dantur ei, (et hab)et istud casale Domnus (Egee) Laurencii.{[2]

Item, dixit quod ignorabat si in parrochia ista esset aliquis[3] forarius Domini Regis. Item, dixit quod de amis militum nichil sciebat. Item, dixit quod honores novi et cauta[4] non sunt ibi. Item, dixit[5] quod ecclesia est pausa de ricohomine. Item, dixit quod de censoria[6] habet Dominus Rex de hereditate que fuit Didaci Rooriguíz annuatim v. taligas de pane, scilicet: terciam partem de tritico[7] et duas partes de secunda. Item, dixit quod dant Domino Regi annuatim fossadaria[8], scilicet: de ereditate, que fuit Menendi Suarii, ij. varas de bragal. Item, de hereditate de Johanne Carmom j. vara de bragal. Item, de hereditate dos Gaymundos[9] j. vara de bragal. Item, de hereditate de Crasto, j. solidum.

Petrus Suariz, juratus et interrogatus, dixit in omnibus et per omnia sicut Laurentius Suarii, et dixit etiam quod ipse erat qui locaverat Done[10] Marie[10] Pelagii, in Miradililino.

Petrus Johannis de Nabaes, juratus et interrogatus, dixit in omnibus et per omnia sicut Laurentius Suariz, sed tamen dixit quod factum Domne Marie Pelagii et aliorum militum ita audivit dicere sicut ipse dicebat.

Martinus Petri de Xonim, juratus et interrogatus, dixit in omnibus et per omnia sicut Petrus Johannis. Facta tamen militum ignorabat./Addidit etiam quod hospitale Sancti Johannis adquisivit post mortem illustrissimi Domini Regis Alfonsi[11], patris istius, hereditatem de Johannio in Xonim et hereditatem Dominici Carmom de Sonim.

Petrus Johannis de Sonim, juratus et interrogatus, dixit in omnibus et per omnia sicut Martinus Petri.

Item, in collatione Sancti Salvatoris de Touguinoo.— Johannes Menendi prelatus, juratus et interrogatus, dixit quod erdadores presentant ibi et non Dominus Rex.

Item, dixit quod in parrochia sua non est regalengum, preter duo casalia de Mondin que recudent de omni jure Domini Regis ad Touguina, sicut superius est expressum in ipsa parrochia. Item, dixit quod non est ibi hereditas foraria.

Item, dixit quod hereditas de Pigeirus est honorata et cautata, sicut audivit dicere et vidit usare, et ista he-

[1] *Vid. p. 1410, col. 1.ª, nota 5.*—[2] **B.** collumpnia—[3] **B.** collumpniis—[4] **A.** e **B.** *sic.*—[5] **B.** *Falta.*—[6] **B.** aliquid antea—[7] **B.** Alfonssi

[1] **B.** Coynia—[2] *Vid. p. 1413, col. 2.ª, nota 1.*—[3] **B.** aliquid—[4] **B.** caupta—[5] **B.** *Falta.*—[6] **B.** cessoria—[7] **B.** trittico—[8] **B.** fosadaria—[9] **B.** Gueymondus—[10] **A.** Dona Maria—[11] **B.** Alfonssi

reditas fuit Domni Laurentii de Cunia et habet eam monasterium Sancti Simeonis in testamento.

Item, dixit quod hereditas de Torno est honorata et coutata, sicut audivit dicere et vidit usare et est de militibus d Outiz.

Item, dixit quod nichil habet Dominus Rex in parrochia sua et forarius Domini Regis nullus est ibi.

Item, dixit quod ecclesia de Ratis habet ibi unum casale et dat Domino Regi annuatim medium morabitinum pro voce et calumpnia[1], exceptis iij.

Petrus Boga et Dominicus Pigeirus[2] et Petrus Dedeo et Domnus Matheus et Martinus Conde et Johannes do Vale et Dominicus Menendi, jurati dixerunt in omnibus et per omnia sicut Johannes Menendi, abbas ipsius ecclesie.

Item, in collatione Sancti Petri de Fromariz.—Johannes Petri abbas, juratus et interrogatus, dixit quod erdadores presentant ibi et non Dominus Rex.

Item, dixit quod in parrochia sua sunt sex casalia de regalengo et xxx ij. leiras que non sunt capita casalium, demarcatas bene, et tres searas regalengas, que ita distinguntur, una vocatur Lama de Cidi, et alia est in aagra que vocatur de Casaes, et tercia seara in aagra de sub Petra Miranda, quarum quelibet per se est bene demarcata et etiam habet ibi Dominus Rex quamdam arrotea de Arcu de Sarra quam fecerunt in Carregal, de qua Dominus Rex habet medietatem, de qua medietate habet quartam panis in ratione. Predictas autem tres searas tenent uxor et filii Domni Stephani Valasci, et dant inde terciam partem panis in ratione et vocant maiordomum, qui partit quomodo vult partire, sive in maolios, sive in grano. Casalia autem sex regalenga Domini Regis hoc forum faciunt, scilicet: dant terciam partem panis et de arrupto quartam, et dant de quodlibet quartario singulos alqueires de eyradiga. Aliud forum non faciunt, quia non sunt populata propter malefectoriam maiordomum terre et propter forum magnum quod habebant de veteri, quia tunc dabant singulos caponis[3] cum x. x. ovis et singulas spatulas et x. x. pexotas et singulas ansares, si illas habuissent, et singulas lampreas et singulos bragaes, et quando ibat homo piscare, dabat navaum. Preterea, non sunt populata nec erunt propter maximum dampnum[4] quod eos gravat, scilicet: illa presa /[n. 4] (quam fecerunt in azeniis de Villa de Conde, de quibus Dominus Rex magnum incurit detri)[5] mentum et moratores ipsorum locorum, videlicet, a loco ubi intrat fluvius de Est in Ave et etiam ultra circa pontem de Est. Quotienscunque venerit inundatio aquarum de monte, perdid *(sic)* Dominus Rex totam varzenam suam, que est regalenga cum hominibus suis et etiam si una sola die aut duobus pluvia continua fuerit, nichil potest habere Dominus Rex per totam ripam fluminis, a locis superius assignatis. Preterea, homines Domini Regis de Fromariz et de Touguina et de Pena et de Sancta Christina et de aliis locis qui solebant habere barcos in quibus piscabantur[1] et de quibus dabant navaum[2] Domino Regi, non habent barcos nec dant navaum, quia non possunt intrare in mare propter illam presam acceniarum de Villa de Conde, nec potuerunt inde adducere argacium[3] ad estercorandum terras regalengas Domini Regis, quod maximum dampnum ipsius est.

Item, dixit quod triginta et duas leiras dat maiordomus illi qui ei plus dederit pro sua offretione, de quibus dant terciam partem panis et pro eyradiga unum alqueire de quolibet quartario.

/Item, dixit de agro de Castineira et de agro de Redondelo quod ille leire Domini Regis que ibi jacent debebant[4] ire ad montem, sicut alie[5] leire militum et monasteriorum, et non vadunt quia homines militum et ordinum rumperunt terram et intravessaverunt se ante et nichil dant inde Domino Regi; et jam venerat ibi Petrus Johannis, qui tunc erat judex de Faria, et vidit pro directo quod exirent omnes leire ad montem cum suis testadis.

Item, dixit quod quicquid habent ibi ordines et milites, adquisiverunt[6] illud ante obitum illustrissimi Domini Regis Alfonsi, patris istius; a quibus et per quos adquisiverunt[6], ignorat. Item, dixit quod[7] forarii Domini Regis et ame militum et honores novi et cauta non sunt in parrochia ista.

Item, dixit quod pro voce et calumpnia[8] de quinque casalibus que ibi habet monasterium Sancti Simeonis, si fuerint populata, dant v. v. solidos de tribus casalibus Sancti Christofori. Similiter et simili modo, de duobus casalibus de Rooriz dant iij. iij. solidos et iij. iij. denarios annuatim. De uno casale monasterii de Randufi dant annuatim iij. solidos[9] iij. denarios. De ecclesia Sancte Marie de Goyus, sunt ibi duo casalia et dant v. v. solidos annuatim. De tribus cabanariis que ibi habet ipsa ecclesia de Fromariz, dant xviij. xviij. denarios annuatim.

Item, Thomas Suerii habet ibi unum casale et debet dare annuatim iij. solidos[9] iij. denarios. Omnia autem[10] predicta casalia non sunt populata et perdidit inde Dominus Rex vocem et calumpniam[11].

Item, casale de Mordazes dat Domino Regi annuatim de fossadaria medium bragale. Hoc autem dant pro voce et calumpnia[11], exceptis tribus calumpniis[12].

Martinus Testa et Suerius Augel[13] et Petrus Pegeirus et Laurencius Cadeli, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Johannes Petri, abbas. Addiderunt etiam quod sunt gravati de Villa de Conde, quia acceperunt multum de termino suo. Audiverunt enim

[1] **B.** collumpnia—[2] **B.** Pegueirus—[3] **B.** capones—[4] **B.** dannum—[5] *Vid. p. 1410, col. 1.ª, nota 5.*

[1] **B.** piscabatur—[2] *À margem, em letra diferente:* de quatro pexes hũu—[3] *idem:* limo que deita o mar fora—[4] **B.** debebat—[5] **B.** ille—[6] **B.** adquisierunt—[7] **B.** *acrescenta, por lapso de cópia, uma frase que em* **A.** *está na verba seguinte.*—[8] **B.** collupnia—[9] **B.** *acrescenta:* et—[10] **B.** alia—[11] **B.** collupniam—[12] **B.** collupniis—[13] **B.** Ougel

dicere patribus et avis suis[1] et habitatoribus eiusdem loci, quod terminus de Fromariz incipiebat in mare, in Ferida do Malio in loco qui vocatur Favita, quomodo vadit ad supedem[2] aspinarium veterem et deinde ad fontem de Regufi, deinde quomodo vadit ad linares cavados et deinde ad petram de eyra de muliere de Martino Sancii et deinde ad monionam de Barreirus de Forca et deinde ad reversam[3] de christeiro qui stat[4] in fluvio de Ave, ubi solebant stare omines[5] qui capiebant de nocte lampredas[6], scilicet: una nocte, unus homo de Villa Comitis et alia nocte, alius homo de Fromariz, et per istos terminos ducebant argacium ad Fromariz, sed modo non est ausus ibi stare homo de Fromariz ad capiendum lampredas nec ad aliud faciendum, quos terminos non debebat[7] intrare Villa Comitis nec habebat, sed Domna Maria Pelagii fecit sex casalia in Regufi et quinque in Mata et medium in supradicto termino. Addidit etiam Martinus Testa quod puer erat parvulus cum Domno Valasco Gomecii, qui prendidit ibi unum hominem de Villa Comitis nomine Michaelem Angivo, quia capiebat lampredas[6] in nocte que[8] erant de hominibus de Fromariz, et ipse tenebat in prestimonium Fromariz a Domino Rege. Addidid etiam Laurencius Cadeli quod[8] pater suus rendabat lampredas[6] multociens.

Item, in collatione Sancti Michaelis de Argivay[9].— Non venit Pelagius Diaz, abbas ipsius ecclesie, quia non ausus fuit venire. Petrus Rial, juratus et interrogatus, dixit quod Dominus Rex non erat patronus ipsius ecclesie. Item dixit quod in Quinteela habet Dominus Rex suum regalengum, scilicet: quinque leiras[10] bene demarcatas et dicitur quod de veteri fuerunt caput casalis et modo non est populatum, et iste leire[11] ambulant cum renda de Fromariz, similiter et simili modo.

Item, dixit quod de jure habet ibi Dominus Rex unum bonum casale regalengum, quod tenuit Passaro in prestimonio in tempore Domini Regis Sancii, avi istius, de cujus criatione erat, et post obitum Domini Regis perdidit illud Dominus Rex quia Domna Maria Pelaiz filiavit illud, tali modo. Menendus Caballeiro[12] et Petrus Martini et Maurus de Villa Comitis, mentientes dixerunt Domne Marie: est hic, circa vos, quoddam casale quod tenuit Passaro in prestimonio et modo tenet illud Domna Maior, uxor[13] sua, et tenet in eo tres homines; accipiatis illud ad vos, quia in termino vestro est. Tunc Marie Pelagii, vocatis Menendo Machoo et Pelagio Machoo, patre suo, levavit eos captos ad suam quintanam de Lanioso[14], et dixit eis: illud casale quod vos tenetis, quod tenuit Passaro, meum est; aut date mihi maiorem rendam[15] quam ei dabatis, aut facite mihi tale forum quale facit Villa de Conde. Tunc, illi responderunt: non fa-

[1] **B.** *Falta.*—[2] **B.** suspendem—[3] **B.** reverssam—[4] **B.** estat—[5] **B.** homines—[6] **B.** lanpredas—[7] **B.** habebant—[8] **B.** quia—[9] **B.** *Argyvas*—[10] **B.** leyras—[11] **B.** leyre—[12] **B.** Cabaleiro—[13] **B.** usor—[14] **B.** Lanyoso—[15] **B.** rrendam

ciatis nobis talem forciam, quia in hoc vestram[1] non[1] possumus[1] facere voluntatem, quia si Passarus mortuus est, adhuc vivit uxor sua, Domna Maior, cum qua habemus cartam nostram et cui damus annuatim rendam in ea assignata, scilicet: iij. morabitinos annuatim et unum prandium. Tunc, Domna Maria respondit: nolendo volendo, facietis hoc. Tunc ipsi coacti composuerunt cum illa ut darent sibi annuatim vj. morabitinos, et ita dimisit illos.

Item, dixit quod ipse, propriis occulis, vidit predictam Domnam Maioram, uxorem dicti Passaro, levantem inde predictam rendam et postquam Domnam[2] Maria Pelagii fecit hoc, venit ibi de Leirena petere rendam suam, et non dederunt ei et tunc petivit cartam predictis hominibus quam cum eis habebat, et dederunt ei, quia dicebat quod volebat ire Domno Regi ut faceret sibi directum de tanta forcia. Tunc, apud Leirenam arsit[3] sibi una domus sua et carta ibi cremata est, et ipsa mortua morte naturali et sic homines perdiderunt cartam et ipsa nunquam habuit directum.

Item, dixit quod forarius non est ibi.

Item, dixit quod Fernandus Gemundi, miles, fecit ibi modo de novo honorem novum super imo juxta regalengum Domini Regis et habet partem in quadam hereditate que fuit Pelagii Suerii et uxori[4] sue qui nutriverunt patrem suum, de qua Dominus Rex perdet fossadariam suam et in isto loco nichil aliud habet nec umquam habuit et iste honor est magna perda de regalengo, et fecit illum per forciam in /[fl. 4 v.º] (quodam cortinali de suis conllazos, de quibus Dominus Rex perdidit directum suum.

Item, dixit quod milites)[5] et cauta non sunt ibi.

Item, dixit quod monasterium Sancti Simeonis habet ibi v. casalia ante mortem illustrissimi Regis Domini Alfonsi, patri[6] istius, et perdit inde Dominus Rex vocem et calumpniam[7], quia non sunt populata. Bene sunt xxx^a^. anni elapsi et plus, et levant inde fructum terre.

Item, dixit quod erdadores sunt ibi et dant Domino Regi annuatim de fossadaria, scilicet: de hereditate de Pelagio Suariz et suorum fratrum, j. bragal. Item, de hereditate quę fuit de Petro Sicco vij. denarios. Item, de hereditate Petri Simeonis de Carregal iiij. denarios. Item, de hereditate dos Machoos, que jacet in Seram, ij. denarios. Item, de hereditate Suerii abbatis iiij. denarios. Item, de hereditate de Exemenia Johannis, iij. denarios. Item, de hereditate Domni Juliani, iij. denarios. Item, de hereditate que fuit Martini Costel, iij. denarios et omnes pectant vocem et calumpniam[7].

Petrus Durandi et Petrus Maurus, primi congermani ipsius Petri Rial, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Petrus Rial, excepto quod totum factum de casale de Passaro ita audiverunt dicere patribus et avis suis multociens sicut dixit Petrus Rial. Addiderunt etiam

[1] **B.** non possumus vestram—[2] **A.** e **B.** *sic.*—[3] **B.** arssit—[4] **A.** e **B.** *sic.*—[5] *Vid. p. 1410, col. 1.ª, nota 5.*—[6] **B.** patris—[7] **B.** collupniam

quod Domna Maria Pelagii dedit ipsum casale in testamento leprosis de Villa de Conde.

Gunsalvus Johannis, juratus et interrogatus, dixit in omnibus et per omnia sicut Petrus Rial. Factum autem de casale de Passaro, ita audivit dicere.

Item, in ista parrochia in loco qui dicitur Varazim de Jusano est totum regalengum Domini Regis, de quo tale quod habeat forum. Petrus Michaelis Barbas, juratus et interrogatus, dixit quod de toto pane dant quartam partem Domino Regi et de eyradiga, de quolibet quartario, unum alqueire usque ad novem quartarios et si habuerint ultra, non dabunt magis et vocant maiordomum Domini Regis ad panem colligendum, et sunt de veteri xx. casalia et non sunt nisi xv. populata, que fecit populare Martinus Martini, judex Farie, et non potuit populare alia quia non invenerunt populatores propter malefectoriam.

Item, dixit quod dant, qualibet sexta feria, piscatores singulas medaculas pro voce et calumpnia[1] et pro apostilla et si intraverint in mare, ipsa die dabunt navaum et non medaculas. Quicumque non fuerit piscator, dabit ij. solidos annuatim Domino Regi pro supradictis, exceptis tribus calumpniis[2].

Item, dixit quod quando dominus terre[3] semel in anno pausaverit in Sancta Christina, debent ei facere servicium de piscato et si ibi non venerit, non levabit alibi et dixit quod istud servicium nunquam excessit valorem unius morabitini, nisi tempore Domni Gunsalvi Garcie[4] qui eis fecit vel facere permisit multam forciam.

Item, dixit quod dant vj. denarios de collecta quando Dominus Rex pasaverit citra[5] Dorium, semel in anno.

Item, dixit quod non intrat ibi maiordomus alius nisi maiordomus panis.

Item, dixit quod quando debent illi facere illud servicium de piscato, debet nunciare eis ante unum diem.

Item, dixit quod alius dominus non est inter eos nisi Dominus Rex solus.

Item, dixit quod Gavianus de Varazim militum, tempore guerre destructo Varazim Domini Regis, per se et per auctoritatem[6] suam rupit hereditatem Domini Regis bonam et multociens laboratam et evacuavit per illam lacunam de Boydo, per quam destruxerunt et enormiter leserunt regalengum Domini Regis, taliter quod nunquam postea seminaverunt ibi panem nec potuit per locum illum ire carrum per quem solebat ire.

Item, dixit quod Varazim de militibus cum Varazim de Domino Rege dividit per esteirum quod vadit ad mare et ita totius portus de Varazim est Domini Regis, excepto quod Varazim de militibus non vadit ultra esteyrum et Varazim Domini Regis passat esteirum per terras assignatas et demarcatas.

Item, dixit quod tota Geesteira est regalenga Domini Regis, exceptis duabus leiris que sunt Ecclesie Bracarensis et[1] sunt marcate et divisate, et nescit quis dedit eas Ecclesie Bracarensi, et de veteri sunt in Geesteira[2] viiij.[3] casalia et sunt populata v.^e^ per Martinum Martini, judicem de Faria. Alia non sunt populata propter malefectoriam maiordomorum, et populata cito depopulambuntur propter idem, et de veteri erant ibi tres cabanarie. Forum autem de Geesteira[2] tale est, scilicet: de tritico[4] et de milio et de centeno dant quartam partem, de ordeo, si ultra alqueire seminaverint, similiter. Item, pro eyradiga pro toto pane dant singulas taligas de milio. Item, dant annuatim ij. ij. solidos de renda qui non vierint ad mare, qui mare intraverint dant navaum.

Item, dant vj. vj. denarios pro collecta quando Dominus Rex passaverit Dorium, semel in ano, et vocant maiordomum ad colligendum panem.

Item, dixit in Calvus de veteri erant duo casalia et modo sunt tria et una cabanaria de quo tale est forum, scilicet[5]: das arroteas et de tritico dant quartam partem et de secunda et de lino dant terciam partem et de legumine.

Item, inter se et maiordomum dant pro eyradiga j. quartarium de secunda, per mensuram[6] de Ratis.

Item, dant pro festo Natalis Domini et Sancti Johannis Babtiste singuli singulos almudes de tritico[4] pro fogacia. Item, quicumque habuerit v. oves paridas dabit ij. solidos pro cordeirum[7] in die Carniprivii. Alias, j. solidum pro cabrito. Item, in mense Januarii, singulas gallinas. Item, dant in die Sancti Martini singulos solidos pro bragal. Item, dant maiordomo de eyris singulos franganos cum x. x. ovis et iiij. iiij. denarios de sega et dant vj. vj. denarios pro collecta et pectant vocem et calumpniam[8].

Item, dixit de termino de Villa de Conde et de presa illa de fluvio de Ave, in omnibus et per omnia sicut Petrus Rial et alii testes de Fromariz, excepto quod dicit quod incipit in Ferida do Malio, quod dicitur Favita, et vadit per Petram Rubeam, non per Spinarium[9].

Pelagius Robon et Johannes Johannis Luzo et Michael Maneiro de Varazim et Petrus Congreiro et Johannes Quilmas et Dominicus Marra de Geesteira et Johannes Painceiro et Dominicus Ramus de Calvus, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Petrus Michaelis Barbas.

Item, in collatione Sancte Eolalie de Veariz.—Petrus Laurentii abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus, dixit quod Dominus Rex non est patronus, sed parrochiani.

Item, dixit quod in ista parrochia est unum casale regalengum quod vocatur Froyam et tenet illum per cartam Domni Martini Fernandi Maria Suerii, cujus casale tale est forum, scilicet[5]: de toto pane et de quanto irrum-

[1] **B.** collumpnia — [2] **B.** collumpniis — [3] **B.** dominus Rex terre — [4] **B.** Garssie — [5] **B.** circa — [6] **B.** octoritatem

[1] **B.** *acrescenta aqui por lapso, ao que parece, as palavras* de veteri sunt in Geesteyra, *que em* **A.** *estão um pouco mais adiante.* — [2] **B.** Geesteyra — [3] **B.** viij — [4] **B.** trittico — [5] **B.** similiter — [6] **B.** menssuram — [7] **B.** cordeiro — [8] **B.** collumpniam — [9] **B.** Espinarium

perit, dant Domino Regi quartam partem et pro eyradiga dant iij. almudes inter se et maiordomum. Et si Dominus Rex passaverit Dorium, dat vj. denarios de collecta, semel in anno. Et dat ij. solidos pro renda annuatim. Nullum autem aliud forum facit, nisi quod pectat iij. calumpnias[1] nominatas.

Item, dixit quod in ista parrochia sunt due leire et una est in regalengo de Margarita, quam tenet Laurencius Avesso, et alia in loco qui vocatur Areal, quam tenet Domna Orraca Stephani, et sunt bene demarcate et dant Domino Regi, de qualibet earum, quartam partem panis et singulos franganos cum x. x. ovis.

Item, dixit quod quedam mulier de genere Pelagii Arago et suorum fratrum testata fuit quandam hereditate *(sic)* ecclesie de Touguinoo, de qua Dominus Rex perdit annuatim xvj. denarios /fl. 5 (in fossadeira.

Item, dixit quod milites et ordines nichil adquisierunt ibi, sed monasterium Sancti Si)[2]meonis habet ij. casalia in Calvos et iiij.^{or} et dimidium in Paredes et ecclesia de Touguinoo habet ibi v.^{e} et medium, que omnia non[3] sunt populata et perdit inde Rex vocem et calumpniam.

Item, dixit quod ecclesia de Touguinoo habet in Froiam[4] ij. casalia et aliud monasterium Sancti Christofori, et quia populata non sunt, perdit inde Dominus Rex vocem et calumpniam.

Item, dixit quod Sanctus Petrus de Ratis habet ibi iij. casalia populata et habet inde Dominus Rex annuatim singulos medios morabitinos et singulos franganos pro voce et calumpnia.

Item, dixit quod in ista parrochia est quintana cautata et honerata[5] cum suis casalibus et terminis, et comparavit eam Domnus Johannes Petri de Maya.

Item, dixit quod quicquid[6] habent ibi milites et ordines acquisiverunt[7] illud ante mortem patris istius Regis. Item, dixit quod ame militum et cauta non sunt ibi. Item, dixit quod in parrochia sua, in loco qui vocatur Fons de Vilarino, sunt pause trium casalium de veteri et sunt regalenga Domini Regis et sunt male parate. sed dant tale forum quale conveniunt cum maiordomo. Item, dixit quod erdadores non sunt ibi nec forarii.

Suerius Gomecii et Petrus Portarius et Pelagius de Froyam et Egidius ricomine et Dominicus Verdadeiro, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Petrus Laurencii abbas ipsius ecclesie.

Laurencius Avesso, juratus et interrogatus, dixit in omnibus et per omnia sicut Petrus Laurencii, filius eius, abbas ipsius ecclesie. Addidit etiam quod in cima do Areal sub fonte[8] de Margarita habet ibi Dominus Rex unam leiram parvulam de qua debet habere in ratione unum quartum panis, et ipse vidit propriis occulis maiordomum nomine Menendum Lavadores levantem inde rationem istam multociens.

[1] **B.** collupnias — [2] *Vid. p. 1410, col. 1.ª, nota 5.* — [3] **B.** *Falta.* — [4] **B.** Froyam — [5] **B.** honorata — [6] **B.** quidquid — [7] **B.** acquisierunt — [8] **B.** Fontem

Item, in collatione monasterii Sancti Simeonis. — Gunsalvus Dominici prior ipsius monasterii, juratus et interrogatus, dixit quod Dominus Rex non est patronus. Item, dixit quod monasterium est cautatum per patrones et cautavit eum Infans Domnus Alfonsus[1] qui postea fuit rex. Item, dixit quod dat annuatim Domino Regi quartam de collecta. Item, dixit quod nullus forarius Domini Regis est ibi, excepto Menendum[2] Martini qui dat annuatim Domino Regi unum morabitinum pro sua capita.

Item, dixit quod a morte illustrissimi regis patris istius nichil scivit vel[3] audivit quod monasterium suum acquisivit, de quo Dominus Rex perderet directum suum.

Item, dixit quod non potuit populare casalia sua depopulata, de quibus Dominus Rex debet habere suum directum et non habet propter erdeiros[4] malefactores[5] et maiordomos terre.

Dominicus Pelagii judex et Vincentius Pelagii et Domnus Giraldus[6] et Fernandus Johannis et Petrus Suariz et Dominicus Petri, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Gunsalvus Dominici, prior ipsius monasterii. Addiderunt etiam quod Menendus Martini qui dat j. morabitinum de suo capite dat ij. morabitinos et ij. solidos de loitosa. Et iste homo habitat in loco qui vocatur[7] Rial ad portam Monasterii Sancti Simeonis.

Item, in collatione Sancte Marie de Bagonti. — Pelagius Laurencii abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus, dixit quod Dominus Rex est patronus.

Item, dixit quod in Bagonti sunt iiij.^{or} casalia regalenga quorum duo non sunt populata propter malefactoriam[8] maiordomorum terre, de quibus tale est forum, scilicet[9]: de pane culto dant terciam partem Domino Regi, et de inculto quartam et de vinea facta dant medietatem vini, sed primo debent dare unum sextarium vini de heyradiga.[10] Item, dixit quod pro toto pane dant unum quartarium pro eyradiga de secunda inter se et maiordomum, per mensuram[11] de Ratis. Item, dant in festo Natalis Domini unam spatulam de novem costis sine pede et unum alqueire tritici cum illa et omnia ista fora facit unusquisque per se. Item, dixit quod dant pro merendal unusquisque iij. iij. varas de bragal in festo Sancte Marie Augusti[12]. Item, in festo Pascatis dant singulos cordarios cum ij. ij. caseis cum singulis counis de manteiga. Item, dixit quod dant singuli singulos alqueires de tritico[13] in festo Sancti Johannis. Item, dant terciam partem lini et singulos franganos cum eo. Item, dixit quod dant singulos capones cum x. x. ovis pro festo Sancti Michaelis. Item, dixit quod dant Domino Regi vj. vj. denarios de collecta semel in anno quando passaverit Dorium.

Item, dixit quod in omnibus kalendis mensium anni dant vj. vj. denarios maiordomo terre pro vita et tribus

[1] **B.** Alfonssus — [2] **B.** Menendo — [3] **B.** nec — [4] **B.** herdeiros — [5] **B.** malefautores — [6] **B.** Geraldus — [7] **B.** dicitur — [8] **B.** malefectoriam — [9] **B.** similiter — [10] **B.** eyradiga — [11] **B.** menssuram — [12] **B.** Agusti — [13] **B.** trittico

vicibus in anno dant singulos singulos solidos maiordomo pro pidida et vj. vj. denarios pro fugaza.

Item, dixit quod in ista parrochia habet Dominus Rex alios campos regalengos demarcatos, scilicet[1] in Sobradelo j. quairela. Item, totus terminus de Retortela est regalengum. Item, in loco qui dicitur Rivus Ecclesie, ij. leiras.

Item, Riparia[2] de Alza Perna est regalenga tota, in qua sunt duo molendina et molendinum vetus dat pro censoria[3] j. taligam tritici[4] et j. cauponem et x. ova. Molendinum vero novum da *(sic)* iij. alqueires de tritico[5] et iij. caupones et xxx. ova. Et hoc per mensuram[6] de Ratis.

Item, in agro de Eiras[7] j. leira. Item, totus campus de Amenario est totum regalengum. Item, in agro Sub Casa est quedam leira, cuius medietas est Regis et medietas ecclesie de testamento.

Item, totus terminus de Outeyro d Anta quomodo incipit in Mormoyraes et vadit ad viam de Figueiroo[8] est regalengum et sub ipsa via de Figueiroo est j. leira regalenga. Sanctus Simeon habet in isto termino unam pezam de campo[9] de veteri.

Item, in Vila Verde est una peza magna divisata per marcos. Item, in Geiroo j. peza. Item, Sojomundi j. peza. Item, in agro de Bacello j. leira. De omni autem regalengo supradicto dant Domino Regi, scilicet[1]: de culto, tertiam partem panis, de arrupto, quartam partem et de eyradiga de quolibet quartario, singulos alqueires et singulos capones cum x. x. ovis.

Item, de regalengo de Vilar de Anta, quod est totum divisatum et demarcatum, hoc forum faciunt Domino Regi, scilicet: dant de culto terciam partem panis, de arrupto quartam partem. Et leire quas[10] ibi[10] Dominus[10] Rex[10] habet[10] debent exire ad montem cum aliis colonorum, de quo Dominus Rex habet magnum tortum, quia ipsi rumperunt terram per se et nichil dant Domino Regi. Et hoc est in loco qui vocatur Arrotea de Valle et Arrotea de Geyroo[11].

Item, isti homines de Vilar[12] debent esse serviciales de foro de toto pane quod Dominus Rex habet inter Avem et Estem, et debent esse maiordomi de foro de ricohomine, non de prestameiro. Et debent dare ij. morabitinos, scilicet: unum de introytu[13] et aliud de exitu, si duraverint usque ad finem messium[14] /fl. 5 v.° (pro quo serviciales et maiordomi isti debent sibi accipere de foro o merendal et linum et)[15] eyradiga favas et ordeum de illo loco ubi fuerint serviciales et maiordomi. Et est ibi pausa Domini Regis et sunt presseiros et preconarii. De toto autem isto foro exceptus est Pelagius Pelagii, qui moratur ibi.

Item, in Spinel de j. leira marcata dant Domino Regi annuatim in censoria[3] j. taligam de pane.

[1] **B.** similiter — [2] **B.** in riparia que dicitur — [3] **B.** censsoria — [4] **B.** trittici — [5] **B.** trittico — [6] **B.** menssuram — [7] **B.** Eyras — [8] **B.** Figueyroo — [9] **B.** canpo — [10] **B.** quas Dominus Rex ibi habet — [11] **B.** Gueiroo — [12] **B.** Villar — [13] **B.** introitu — [14] **B.** menssium — [15] *Vid. p. 1410, col. 1.ª, nota 5.*

Item, de loco qui vocatur Danoso et Pousada, de v.ᵉ partibus sunt due partes Domini Regis de quibus habet[1] quartam partem panis, in quo loco habet Dominus Rex suam leiram divisatam que jacet circa testamentum Sancte Marie de Bagonti, de qua leira habet Dominus Rex terciam partem panis.

|(Item), dixit quod in Sejusmundi j. (peza), de qua dant Domino Regi (quart)am partem panis|[2]. Item, de quadam leira que est super Corrogum dant j. taligam de pane in censoria[3]. Item, in Noveral est una peza, media regalenga et mediam *(sic)* de erdatoribus[4], de qua dant Domino Regi tertiam partem panis. Item, agrum de Ladrido est medietas Domini Regis et media de testamento, de qua Dominus Rex habet tertiam partem panis. Item, in Barreirus j. leira. Item, in Barco j. leira. Item, sub Cacavelos ad Paredenarios, j. leira, media Domini Regis et media de testamento. Item, dant Domino Regi annuatim de eyra Johannis Bolaco j. solidum. Item, de Souto de Senra j. capon x. ova annuatim. Item, de Agro de Bouza dant Domino Regi tertiam partem panis. Item, de Gulfareira dant quartam partem panis. Item, in Pomarino, j. leira. Item, in termino de Paredanariis, sub Cacavelus iiij. leire de quibus omnibus dant tertiam partem panis. Item, in Penouzus de Cacavelus, j. leira.

Item, dixit quod sub portu de Insula ultra fluvium in loco qui dicitur Sub Monte Ceano est quedam leiram[5] Domini Regis que non potest ire superius propter valla que ibi fecit Martinus Laurencii de Cunia, que *(sic)* non debebat facere.

Item, dixit quod hoc est in termino de Figueiroo[6] Superiori quod est quintana de veteri, et faciunt tale forum Domino Regi, scilicet: in festo Sancti Michaelis, j. morabitinum et fogaciam annuatim. Et omnes quicumque ibi moraverint dant ij. ij. morabitinos de loitosa et ij. ij. solidos de sojoyzo et non dant vocem et calumpniam nisi tres. In hoc autem loco Johannes Laurencii de Cunia fecit honorem novum et vineam et accipit campos[7] et hereditates non suas et eicit inde homines Domini Regis et aliqui sunt qui non audent ibi intrare propter metum suum et propter pausam illam quam fecit Joannes Laurencii, per quam destruitur locus iste et regalengum circumadjacens.

Item, a devesa de Onega, que erat Domini Regis quite, per quam et de qua regalengum Domini Regis populabatur, ipse Johannes Laurencii dextruxit et accepit eam sibi.

Item, in ipsa villa de Figueiroo[6] est quedam magna peza de regalengo Domini Regis in loco qui vocatur Pereira, et Johannes Laurencii tenet eam per vim et dat male et malam rationem Domino Regi. Et quamvis maiordomus terre et judex testantur panem, nichil dat[8] pro deffensione eorum, sed per se in regalengo Domini Regis et per totam terram pignorat.

[1] **B.** *acrescenta:* Dominus Rex — [2] *Vid. p. 1413, col. 2.ª, nota 1.* — [3] **B.** censsoria — [4] **B.** herdadoribus — [5] **A.** e **B.** *sic.* — [6] **B.** Figueyroo — [7] **B.** canpos — [8] **B.** dant

Item, in Corneliana[1] in loco qui vocatur Cirquido est quedam leira Domini Regis, que bene sunt xiiij. anni elapsi quod non laboratur propter deffensionem[2] et metum ipsius Johannis Laurencii, et homines Regis qui voluerunt laborare prendidit eos per gargantas suas.

Item, dixit quod homines Domini Regis de regalengo suo pectaverunt Johanni Laurencii multos morabitinos injuste, apponendo eis apostillam, quod cortabant illam predictam devesam que est Domini Regis.

Item, dixit quod Martinus Laurencii de Cunia fecit unum molendinum in Penouzos et facit venire aquam per regalengum Domini Regis, per locum per quem numquam venit nec debet venire, per quod regalengum destruitur.

Item, dixit quod Martinus Laurencii fecit unum casale de novo ubi non debebat facere, in exitu de Cacavelus et de Figueiroos, qui sunt homines Domini Regis et per hoc sunt due ville cecate que non habent exitum nec pascua.

Item, dixit quod quicumque laboraverit regalengum in ista parrochia dabit j. caponem et x. ova.

Item, dixit quod in Cacavelus est j. leira de vinea regalenga, de quibus Rex habet terciam partem vini. Item, dixit quod hoc forum est ab antiquo.

Item, dixit quod dant Domino Regi annuatim de fossadaria, pro Sancto Martino, scilicet: de Villa Viride, j. quartam de morabitino. Item, de Figueiroo Inferiori j. solidum.

Item, dixit quod milites et ordines nichil adquisiverunt ibi a morte illustrissimi Regis Domini Alfonsi, patris istius, preter Johannem Laurencii de Cunia qui, tempore istius Regis, expoliavit quemdam hominem Domini Regis, nomine Pelagium Pelagii, hereditate sua quam comparaverat de quodam fratre uxoris sue qui moratur in Sintria. Et preter hec fecit sibi multa mala.

Item, dixit quod de omnibus lampredis[3] quas extraccxerint de rivo de Ave habet Dominus Rex medietatem, quam modo plene non potuit habere, quia Johannes Laurencii de Cunia[4] defendit narseirum[5] de Penela et nullus est ausus accipere ibi lampredam[6]. Et Martinus Laurencii accepit narseiro[7] de Petra Alba que vocatur Pons, et nullus est ausus accipere ibi lampredam[6] sine mandato suo, et ipse accipit[8] totum et nichil dat Domino Regi.

Item, dixit quod in Figueiroo Inferiori intrat maiordomus Domini Regis et in Villa Viridi similiter. Et pectant vocem et calumpniam licet ibi fuerint nutriti milites, et alie ame non sunt ibi, preter Johannem Pelagii de Villa Viridi qui criavit filium Petri Nunionis[9] Farlipàs[9], et ita excusat se a voce et calupnia.

Item, dixit quod vocant maiordomum Domini Regis ad colligendum[10] panem.

[1] **B.** Corneliaana — [2] **B.** defenssionem — [3] **B.** lanpredis — [4] **B.** *por lapso, intercala aqui* accepit narsseiro, *que está mais adiante.* — [5] **B.** narsseirum — [6] **B.** lanpredam — [7] **B.** narsseiro — [8] **B.** accepit — [9] **B.** Munionis Farllipas — [10] **B.** coligendum

Pelagius Pelagii[1] et Johannes Martiniz et Martinus Solino et Johannes Calvete et Johannes de Calva et Martinus Calzon et Johannes Cayla et Petrus Menendi, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Pelagius Laurencii, abbas ipsius ecclesie. Addiderunt etiam quod illa heremita que vocatur Sancta Cruz, que est in ponte de Zameiro, est ecclesie Sancte Marie de Bagonti[2], de qua habet magnam forciam et Dominus Rex habet ibi duo casalia que data fuerunt ad faciendum pontem et, ponte perfecto, non habet ea[3] Dominus Rex, de quibus habet magnum tortum. Et tenet ea[3] modo quidam clericus nomine Johannes Martini cum dicta heremita et est abbas Sancti Salvatoris de Maceenaria.

Item, in collatione Sancti Martini de Outeiro.—Pelagius Suariz, juratus et interrogatus, dixit quod ecclesia ista est de monasterio Sancti Simeonis, et parrochia ista est honor militum de veteri, de genere Domini Fafie Goterri. Regalengum non est ibi nec forarius Domini Regis nec ame militum.

Item, dixit quod de ista parrochia dant fossadariam Domino Regi annuatim, scilicet[4]: de hereditate de Gotim, ij. varas de bragal. Et Fernandus Moniz comparavit quintam partem ipsius hereditatis, modo de novo, et tollit Domino Regi suum directum.

Petrus Fernandi et Dominicus Menendi et Petrus Petri, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Pelagius Suariz.

Item, in collatione Sancti Michaelis de Celtegaos.—Dominicus Pelagii abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus, dixit quod Dominus Rex non est patronus.

Item, dixit quod regalengum est ibi in quebradas, quarum nomine hec sunt, scilicet[4]: in Varzeela j. leira, cujus medietas est Domini Regis. Item, in Abaladoiro, j. leira. Item, in /[n. 6] (Leira Longa, alia leira. Item, in Lonbo, una leira. Item, in Traseira, j. leira. Item, in Vinea, una leira. Item, circa vi)[5]neam Fernandi Gomecii, j. leira. Item, in Castineira, (una leira. Item, in Scouras j. leira. Item, in A)[5]jeguffi[6], j. leira. Item, in Forno, j. leira. Item, in Cortina de Tiro, j. leira. Item, in Scovias, j.[7] leira.

Item, dixit quod est ibi una cabanaria, de qua dant Domino Regi annuatim vj. denarios, de quibus leiris omnibus dant tertiam partem Domino Regi et unum caponem cum x. ovis, et vocant maiordomum ad colligendum panem.

Item, dixit quod dant Domino Regi annuatim de censoria, scilicet[4]: de casali Sancti Christofori quod est in cauto Sancti Simeonis et tenet unam leiram Domini Regis in agra istius parrochie dant j. almude de pane.

[1] **B.** Pelaiz — [2] **B.** Bangonti — [3] **A.** e **B.** *sic.* — [4] **B.** similiter — [5] *Vid. p. 1410, col. 1.ª, nota 5.* — [6] **B.** Ajegufi — [7] **B.** *Falta.*

Item, de una leira que jacet in Linares, j. almude de pane per mensuram[1] de Ratis. Item, in lagoa de Chantada[2] j. leira. Item, in Varzena ad portum de cauto Sancti Simeonis, j. leira, de quibus dant Domino Regi tertiam partem panis et vocant maiordomum Domini Regis ad colligendum[3] panem. Item, dixit quod de veteri non dabant maiorem forum de omnibus istis leiris.

Item, dixit quod nullus honor novus est ibi, sed est honor vetus Domni Petri Escacha et non intrat ibi maiordomus. Item, dixit quod milites et hordines[4] nichil acquisierunt de supradicto regalengo Domini Regis. Aliud autem forum non faciunt. Item, dixit quod nullus forarius Domini Regis non est ibi.

Martinus Johannis et Dominicus Johannis et Gunsalvus Pelagiiz et Domnus Silvester, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Dominicus Pelagii, abbas ipsius ecclesie.

Item, in collatione Sancti Andree de Parada.—Petrus Monacus, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus.

Item, dixit quod habet ibi Dominus Rex regalengum et est ibi unum casale de veteri eremum et habet ibi campos regalengos, scilicet[5]: inter Valla, j. leiram. Item, in Souto, iij. leiras. Item, in Ruptea, j. leiram. Item, in Junqueiro Inferiori, j. leiram. Item, in loco qui vocatur Regalengo, ij. pezas. Item, sub Vinea, j. leiram. Item, in Triigal, j. leiram. Item, in Spinario, j. leiram. Item, in Seixo, j. leiram. Item, in Oorgem, j. leiram. Item[6], tras casam Suerii Petri, j. leiram. Item, in Fonte, j. leiram. Item, in Cortinal, ij. leiras. Item, in Outeiro, j. leiram et dicitur quod hic fuit caput casalis.

Item, est ibi quedam arrotea regaenga que vocatur Lousal et est medietas Domini Regis, de quibus leiris tale est forum, scilicet[5]: de pane et lino, dant Domino Regi terciam partem et quot laborant ibi dant singulos capones et vocant maiordomum Domini Regis ad colligendum[3] panem et omnes in simile dant vj. denarios. Aliud autem forum numquam fecerunt nec faciunt, preter vocem et calumpniam.

Item, dixit quod in Lamisino habet Dominus Rex suum regalengum, scilicet[5]: in Agrelino, j. leiram. Item, in Campo, j. leiram. Item, in Lavegada, j. leiram. Item, in Perro, ij. leiras. Item, in agro de Gandera, j. leiram. Item, in Cepos, j. leiram et non est divisa et tenet eam Martinus Laurencii de Cunia.

Item, in Cerino est j. peza, similiter et simili modo.

Item, in loco qui dicitur Casaes ad paredanarium est j. leira de qua Dominus Rex habet duas partes et Martinus Laurencii iij. partes. Item, in Vinea, j. leira. Item, in Penouzus in via superiori, j. peza. Item, in seara de Martino Laurencii de Cunia, j. peza. Item, in Penouzus in regalengo sub via, j. peza inter cultam et non cultam. Item, in Insula, j. leira.

[1] **B.** menssuram—[2] **B.** Goslanda—[3] **B.** coligendum—[4] **B.** ordines—[5] **B.** similiter—[6] **B.** Item in

Item, in Penouzos ad Lagenas circa molendinum, j. leira et habet Dominus Rex tres partes et os[1] de Cacavelus, ij. partes. Item, in Furno, j. leira, similiter et simili modo.

Item, in vinea Martini Laurencii, ij. leire, similiter et simili modo. Item, in agro de Gundia, j. leira, similiter et simili modo. Et de istis leiris omnibus[2], dant Domino Regi terciam partem panis et vini et lini et aliorum. Et quicumque ibi laboraverit dat unum caponem et x. ova et pro eyradiga dat de quolibet quartarium *(sic)* j. alqueire et vocant maiordomum Domini Regis ad colligendum[3] panem.

Item, dixit quod Martinus Laurencii de Cunia fecit in Lamisios quemdam honorem novum et posuit ei nomine Cunyam Novam et acquisivit ibi iiij^or. casalia de quibus Dominus Rex perdit vocem et calumpniam.

Item, dixit quod sic habuit aliud casale de Menendo Neto, de quo Dominus Rex perdidit directum suum.

Item, dixit quod forarius nec ame militum non sunt in parrochia ista.

Johannes Vermudi et Martinus Johannis et Petrus Petri, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Petrus Monacus, abbas ipsius ecclesie. Addidit etiam Johannes Vermudi quod illud casale de Menendo Neto, quod comparavit, ut dicitur, Martinus Laurencii de Cunia, est regalengum et ipse vidit et interfuit quando multi testes dixerunt testimonium quod erat regalengum et adjudicatum fuit.

Menendo Neto, ut teneret illud hoc etiam Petrus Monacus, abbas ipsius ecclesie, multociens audivit dicere. Dixerunt etiam ambo[4] quod Martinus Laurencii de Cunia fecit pomarium suum ubi fuit predictum casale prius.

Item, in collatione Sancte Marine de Ferreiroo.—Johannes Gunsalvi, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus ipsius ecclesie.

Item, dixit quod erdadores[5] sunt ibi et dant Domino Regi annuatim de fossadaria, scilicet[6]: de hereditate de Nasinos, vj. varas de bragal. Item, de hereditate de Sueirino et de Menendino, vj.varas de bragal, quam comparavit Sanctus Tissus in diebus patris istius Regis.

Item, dixit quod Martinus Laurencii de Cunya modo noviter comparavit et accepit ibi ij. quairelas, de quibus Dominus Rex perdidit annuatim v. solidos iiij. denarios. Item, dixit quod cauta et forarii et ame militum non sunt ibi. Item, dixit quod maiordomus non intrat ibi, quia est honor[7] Martini Pacheca militis et suorum fratrum.

Johannes Suarii[8] et Dominicus Petri et Dominicus Suariz, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Johannes Gunsalvi, abbas ipsius ecclesie.

[1] **A.** e **B.** *sic. Vid. p. 1412, col. 1.ª, nota 1, o que se diz sobre caso idêntico.*—[2] **B.** *Falta.*—[3] **B.** coligendum—[4] **B.** anbo—[5] **B.** herdadores—[6] **B.** similiter—[7] **B.** *acrescenta, ao que parece, por lapso de cópia:* Johanni Suarii et Dominis—[8] **B.** Suariz.

Item, in collatione Sancti Christofori.—Abbas non erat ibi. Petrus Petri clericus, juratus et interrogatus, dixit quod Dominus Rex non est patronus.

Item, dixit quod habet ibi Dominus Rex regalengum in loco qui vocatur Portus Asinorum et in loco qui vocatur Couselo et partit cum Sancto Christoforo per medium et homines de Arcus laborant illud et faciunt tale forum Domino Regi, quale faciunt de alio quod laborant.

¦Item, dixit quod in fonte de Ul(veira) est una leira regalenga (et facit) tale forum sicut Sigiaes¦[1].

Item, dixit quod erdadores sunt ibi et dant Domino Regi annuatim de fossadaria, scilicet[2] de hereditate que fuit Roderici Gunsalvi de Quintana, j. bragal. Item, de hereditate Pelagii Merloos, vj. denarios. Item, de hereditate de Stragundi, que fuit Petri Menendi, vj. denarios. Item, de Paradela, j. denarium. Item, de Ripario, j. denarium. Item, de Ventosa, ij. solidos. Item, de Agrilino, j. denarium. Item, de hereditate Menendi Gunsalvi in Rivo Malo, v. denarios. Item, de hereditate d Idiaes, iiij. varas de bragal. Item, de hereditate que fuit Pelagii Suariz, iiij. varas de bragal. Item, de Lama, vj. denarios.

Item, in loco de Indiaes, Petrus Martini de Ratis comparavit unum casale et Rodericus Bouzoo tenet ibi unum casale, de cambio de quibus Dominus Rex perdit directum suum.

Item, de Ulveira dant Domino Regi annuatim: de fossadaria, xvj. varas de bragal et antiquitus dabant Domino Regi, annuatim, iij. bragaes iiij. cubitos medium. Sed Hospitale et Sanctus Christoforus adquisierunt ibi hereditates de quibus Dominus Rex perdidit dictam fossadariam, que acquisicio fuit ante mortem patris istius Regis.

/[fl. 6 v.º] (Item, dixit quod post mortem patris istius regis nichil acquisierunt ibi ecclesie milites vel ordines)[3] de quo Dominus Rex perderet directum suum, sed ante mortem eius multa acquisierunt.

Item, dixit quod forarii Domini Regi et ame militum non sunt ibi, sed sunt ibi honores novi in loco qui vocatur Superposta, quorum unum fecit Valascus Laurencii de Cunia et alium fecit Gomecius Laurencii, frater eius, et sunt case nove de pause illorum, propter quos honores non intrat ibi jam maiordomus Domini Regis nec etiam in Varzea[4], ubi solebat intrare.

Item, dixit quod non intrat maiordomus Domini Regis nec ausus est intrare in Rio Malo de Gallinas, ubi solebat et debebat intrare de jure, propter milites de Bouzoo qui mittunt locum illum sub honore suo, quod nunquam fuit. Item, dixit quod in Ydiaes debent pectare vocem et calumpniam et intrat ibi maiordomus Domini Regis. Item, dixit quod Ulveira est censoriada cum Hospitali, propter quod non intrat ibi maiordomus.

[1] **B.** *Vid. p. 1413, col. 2.ª, nota 1.*—[2] **B.** similiter—[3] *Vid. p. 1410, col. 1.ª, nota 5.*—[4] **B.** Varzena

Suerius Gunsalvi Rivo Malo et Petrus Petri de Quintana et Gonsalvino Merloos et Martinus Fernandi Bouzoo et Johannes Fernandi et Dominicus Petri, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Petrus Petri clericus.

Stephanus de Ulveira, juratus et interrogatus, dixit in omnibus et per omnia sicut primus[1].

Item, in collatione Sancti Martini de Coyrel.—Johannes Pelagii abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus, dixit quod Dominus Rex est patronus. Item, dixit quod Dominus Rex habet ibi regalengum in quebradis, scilicet[2]: in Figueira, j. leiram. Item, in Cortinali Johannis Petrinus, j. leiram. Item, in Lamal, ij. leiras. Item, ager de Lourido[3], quomodo vadit ad Lamal et ager de Cahooso. Item, leira de Ameixeeiras[4]. Item, leira que est ante ecclesiam. Item, medium terrenum de Pena. Item, medium terrenum de Sub Fonte. Item, terrenum quod jacet inter paredenarios totum. Item, in fundo casalis de Egea, j. leiram. Item, in Codesidos, j. ager. Item, in Linar, j. pezam. Item, in Cortinali, j. leiram. Item, in Lamela, j. leiram. Item[5], Forno, j. leiram. Item, in Cantos, j. leiram. Item, sub vallo in exitu ville, j. leiram. Item, in Felgoselos, j. leiram. Item, in Codesidus[6], ij[6]. leiras[6]. Item, in loco qui vocatur Regalenga, j. leiram. Item, in Verdeal, j. leiram. Item, in Redondo, j. leiram. Item, in Padornelo, ij. leiras. Item, in Nigaogo, j. leiram. Et de omnibus istis leiris dant Domino Regi terciam partem panis, excepto Nigaogo et illa leira que est in fundo casali de Egea, quod dant quartam partem panis, et excepto Codeseirus[7], quod dat quartam de auctuno[8] et terciam de alio. Et medium terrenum de Sub Fonte dat quartam. Item, de istis supradictis leiris dant Domino Regi annuatim, pro festo Sancti Michaelis, x. franganos cum c. ovis.

Item, dixit quod de Sancto Petro de Ratis sunt ibi sex casalia et dimidium, et duo de Sancta Maria de Goyus. De quinque casalibus de Ratis dant Domino Regi annuatim singulos medios morabitinos et singulas gallinas. Aliud casale non est populatum. De casalibus de Goyus[9], nichil dant, quia diu est quod criaverunt in eis filios militum et ideo nichil dant.

Item, dixit quod milites et ordines et ame militum nec forarius Domini Regis non sunt ibi. Et de predicta ecclesia faciunt servicium prestamario, et in collatione ista pectant vocem et calumpniam. Honores novi et cauta non sunt ibi, et nunquam maius forum fecerunt de isto regalengo.

Martinus Menendi de Goyus[9] et Johannes Menendi et Martinus Gunsalvi Balteiro et Johannes Petri et Martinus Gunsalvi et Petrus Gunsalvi, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Johannes Pelagii, abbas ipsius ecclesie.

[1] **B.** *salta de* per omnia *da cláusula anterior para* sicut primus *desta, omitindo o restante de* **A.**—[2] **B.** similiter—[3] **B.** Laurido—[4] **B.** ameyxeeiras—[5] **B.** Item in—[6] **B.** Condesidos, j. leira—[7] **B.** Codesseirus—[8] **B.** Outuno—[9] **B.** Goyos

Item, in collatione Sancti Adriani de Macenaria.— Petrus Martini, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus.

Item, dixit quod sunt ibi tria casalia, de veteri regalenga, quorum unum vocatur Curuchus et aliud est in Briteiros et tercium est in Travazos, quorum forum modo et de veteri tale est, scilicet[1]: dant terciam partem panis, et de arrupta[2] quartam et de toto pane quinque taligas pro directura inter se et maiordomum et j. denarium cum una spatula[3] de viiij. costis et sine pede et singulos bragaes et singulos cabritos cum ij. ij. caseis et singulis counis de manteiga[4] et ij. ij. capones cum xx. xx. ovis et ij. ij. solidos et pro merendal iij. iij. varas de bragal et de pedida[5] singulos solidos. Fora autem ista faciunt de quolibet casali.

Item, dixit quod Martinus Martini, judex, populavit de novo duo casalia ad tale forum, scilicet[1]: dant de pane sextam partem et singulos alqueires tritici[6] et singulos capones cum x. x. ovis. Et de ripario de Bauzas de Chamoa, quam ipsi populatores tenent, dant quartam partem panis et singulos cabritos, et pro loitosa dant singulos morabitinos.

Item, dixit quod est ibi regalengum in quebradis, primo, scilicet[1]: medium de loco qui vocatur Atrium, de quo datur quarta pars panis et non plus, et Marnotus totum, et Cidi totum et ripparia Sancti Adriani, de quibus tribus locis dant terciam partem panis et singulos capones cum x. x. ovis. Item, dixit quod est ibi quidam hereditas de Didaco et ubicumque fuerit dat Domino Regi terciam partem panis et vini et ij. cabritos. Item, dixit quod de quebradis de Rozada dant ij. capones et terciam partem panis.

Item, dixit quod hereditas que fuit Ousende Petri et Gontine Petri est foraria Domini Regis, que dat annuatim j. spatulam et unum cabritum et ij. caseos et unam counam de butiro[4] et xxj. varas de bragal in fossedaria [7]et xij.[8] solidos pro anno et regalengum istud est pausa de prestamario.

}(Item, dixit) quod Cabanaria quam fecit (Johannes) Pelagii Macenaria (dat in) censoria[9] annuatim j. capo(nem et x. o)va. Item, casalia de Briteirus (ubicum)que fuerint est medium (rega)lengum Domini Regis{[10].

Item, dixit quod in censoria[9] dant Domino Regi, scilicet[1]: de molendino Johannis Pelagii, unam quartam de morabitino. Item, de leira de Barreiro d Outili, j. alqueire de pane. Item, de loco qui dicitur Graval, j. caponem et x. ova et terciam vini.

Item, dixit quod locus qui vocatur Formar de Penedo, qui fuit de bonomine, est in dubio utrum sit Domini Regis aut Sancti Petri de Ratis. Item, dixit quod in ista collatione non dant vocem et calumpniam, exceptis iij.

Item, dixit quod Sanctus Petrus de Ratis habet ibi novem casalia, de quibus dant Domino Regi singulos medios morabitinos annuatim et singulos franganos[1] et vj. vj. solidos, sed istos dant per forciam.

Item, dixit quod est ibi cautum Valasci Laurencii de Cunia et Stephani de Molnes[2], divisum per divisiones assignatas[3]. Et dicunt quod habent inde cartam et in isto cauto est regalengum Domini Regis bene marcatum et non negatum. Item, dixit quod milites et ordines nichil acquisierunt ibi, modo de novo. Item, dixit quod honores novi et ame militum et forarii Domini Regis non sunt ibi.

Petrus Casado, Petrus Qui Venit, Martinus Johannis d Outili, Martinus Juliani de Penedo et Petrus de Molnes, /[n. 7] (jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Petrus Martini, abbas ipsius ecclesie.)[4]

Item, in collatione Sancti Pelagii de Carvaliar de Gueeral.—Non est abbas, sed est heremita Sancte Eolalie de Rio Covo, de qua collatione Stephanus Juliani, juratus et interrogatus, dixit quod de veteri erant ibi duo casalia regalenga, et quia parva erant, redacta sunt in unam, de quo dant Domino Regi annuatim terciam partem totius fructus et istas directuras, scilicet[5]: unum bragal et iij. almudes de centeno, per taliga de Ratis, et unam spatulam cum j. denario et j. cabritum et ij. capones cum xx. ovis et ij. caseos et unam counam de manteiga[6].

Item, dixit quod in ista collatione pectant vocem et calumpniam, et omnes qui ibi habitant, exceptis hereditatibus militum quas de veteri habent, dant maiordomo Domini Regis singulas gallinas et vitam.

Item, dixit quod milites et hordines[7] nihil acquisierunt ibi modo de novo, et honores novi et cauta et forarii Domini Regis et ame militum non sunt ibi. Regalengum autem istud hoc forum fecit ab antiquo.

Dominicus Gunsalvi et Johannes Gunsalvi, frater eius, et Dominicus Martini et Petrus Johannis et Dominicus Pelagii et Amadon et Stephanus Taramela, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Stephanus Juliani.

Item, in collatione Sancti Michaelis de Arcus.—Dominicus Menendi, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex est patronus.

Item, dixit quod erant de veteri sex casalia regalenga et sunt modo septem, de quibus dant Domino Regi annuatim quartam partem tritici[8], et de alio pani et de lino terciam partem, et de serotino quartam partem, et vocant maiordomum ad colligendum panem et dant istas directuras, scilicet[5]: pro festo Sancti Johannis, singulas taligas de tritico[9], inter se et maiordomum, per mensuram[10] de Ratis et pro festo Natalis Domini dant singulos almudes de tritico[9] per eandem[11] mensuram[10], et singulas spatulas novem costarum sine pede, et pro festo

[1] **B.** similiter—[2] **B.** arupta— —[3] **B.** espatulam—[4] **B.** manteyga—[5] **B.** pidida—[6] **B.** trittici—[7] **B.** fossadeira—[8] **B.** ij.—[9] **B.** censsoria—[10] **B.** *Vid. p. 1413, col. 2.ª, nota 1.*

[1] **B.** capones—[2] **B.** Mollnes—[3] **B.** asignatas—[4] *Vid. p. 1410, col. 1.ª, nota 5.*—[5] **B.** similiter—[6] **B.** manteyga—[7] **B.** ordines—[8] **B.** trittici—[9] **B.** trittico—[10] **B.** menssuram—[11] **B.** eadem

Sancti Michaelis dant singulos capones cum x. x. ovis, et in die Carniprivii dant singulos agnos, quicumque habuerint v. oves, sin autem dabunt singulos cabritos, et pro festo Pascatis dant ij. ij. caseos cum singulis counis de butiro, et pro Kalendas Maii dant singulos[1] bragaes.

Item, dant pro eyradiga singulos quartarios de pane de secunda inter se et maiordomum, et dant vj. vj. denarios de collecta, quando Dominus Rex pasaverit Dorium.

Item, dant de foro singulas gallinas. Item, dant maiordomo Domini Regis, quolibet mense[2], pro vita vj. vj. denarios et, tribus vicibus in anno, dant pro apostilla in pedida singulos solidos. Item, sunt presseiros Domini Regis. Item, dixit quod quebrade regalengue ambulant jam cum casalibus. Item, dixit quod ista fora fecerunt ab antiquo.

Item, dixit quod sunt ibi iiij.^or molendina, duo de veteri et duo de novo, quorum unum est ecclesie de Arcus et omnia ista molendina dant Domino Regi annuatim singulos bragaes in censoria.

Item, dixit quod ista ecclesia dat Domino Regi, quando pasaverit Dorium, j. solidum de collecta. Item, dixit quod ista ecclesia est pausa de ricohomine. Item, dixit quod in ista parrochia pectant vocem et calumpniam. Item, dixit quod solebant ire ad intorviscatas ad rivum de Est.

Item, dixit quod Martinus Laurencii de Cuyna[3] habet in Argifonsi unum medium casale, excepta octava que est et debet esse archiepiscopi Bracarensis, quod medium casale comparaverit de Fernando Vouvado qui dederat illud filie sue in casamento, de qua Dominus Rex debebat levare suum directum. Et modo ipse Martinus Laurencii de Cunia fecit ibi honorem novum et misit se inter homines de regalengo, quia fecit in ipso loco domum et pausam suam.

Item, dixit quod Laurencius Petri, qui sedet et sedebat et laborat in casali Sancti Christofori, fecit modo de novo quandam domum in finbria ipsius casalis medii Martini Laurentii et proinde tollit forum Domino Regi quod debet facere de casali Sancti Christofori.

Item, dixit quod populatores istius ecclesie dant ⟨dant⟩ Domino Regi annuatim singulas gallinas de foro et vj. vj. denarios quolibet mense[2] de vita maiordomo, et de renda ista et de foro isto nullus excipitur, nec archiepiscopus nec ordines, excepta una sola quintana[4] archiepiscopi, in qua modo de novo criarunt filiam Domini Menendi Garcie[5]. Addidit etiam quod de tribus casalibus de Ratis dant plus singulos medios morabitinos pro voce et calumpnia, exceptis iij.

Item, dixit quod alii honores novi et cauta et forarii Domini Regis non sunt ibi. Item, dixit quod milites et ordines nihil acquisierunt ibi post mortem patris istius Regis.

Item, dixit quod ame militum non sunt ibi, preter Laurentius Pelagii de Molnes qui criavit ibi filium Stephani Valasci, et Petrus Laurencii qui criavit filiam Martini Laurencii, et dicta Maior qui criavit filium Martini Petri de Casal, et Petrus Petri de Molnes qui criavit filiam Martini Bouzoo, et omnes isti villani non plures deffendunt se per istos filios militum. Item, dixit quod erdadores[1] non sunt ibi. Item, dixit quod ecclesia habet searas regalengas de quibus facit forum Domino Regi, scilicet:[2] de leira que jacet in agro de Est et alia in Quayras, de quibus dant[3] terciam partem panis. Item, in Pereiroo sunt ij. leire et una est Domini Regis et aliam habet per medium cum ecclesia, de quibus dant terciam partem panis, et de tritico[4] quartam. Item, in Regueira j. leira Domini Regis, et dat similiter. Item, in Freixeo[5] j. leira, et dat similiter. Item, in Senra medietas Domini Regis. Item, in Vermeosa terciam Domini Regis et dat de eyradiga de istis leiris, de quolibet quartarium, j. alqueire per mensuram[6] de Ratis.

Petrus Fagildo et Johannes Gunsalvi et Stephanus[7] Pelaiz et Laurencius Pelagii frater eius, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Dominicus Menendi, abbas ipsius ecclesie.

Item, in collatione Sancti Michaelis de Chorenti.— Johannes Johannis, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus. Item, dixit quod Dominus Rex non habet ibi regalengum. Item, dixit quod de loco qui vocatur Mozus de veteri solebant dare annuatim Domino Regi viij. denarios in fossadaria et modo dant v. denarios, quia Petrus Laurencii miles de Chorenti comparavit ibi hereditatem et tollet inde annuatim iij. denarios.

Item, dixit quod in ista collatione pectant vocem et calumpniam in locis bene assignatis, et in uno casale de Amiiz includitur ganatum per unum diem aut per unam noctem.

Item, dixit quod dant maiordomo[8] Domini Regis singulas gallinas et vitam et in pedida tribus vicibus in anno singulos solidos. Antiquitus, autem, unum erat.

Item, dixit quod cauta et onores[9] novi et forarii Domini Regis ⟨Domini Regis⟩ non sunt ibi. Item, dixit quod milites et ordines nihil acquisierunt ibi de novo. Item, dixit quod de loco qui vocatur Vila[10] dant Domino Regi annuatim ij. taligas de cevada de foro.

Item, dixit quod ame militum non sunt ibi, preter in casalibus de Sancte Marie de Goyus[11] in quibus criaverit filios Petri Laurencii et Laurencii Petri, filii sui, de quibus Dominus Rex perdidit directum suum. Item, dixit quod in quodam casali de Eydania criaverunt duos filios/[fl. 7 v.º] (Roderici Gunsalvi Queyda, propter quod Dominus Rex perdit directum suum.

Johannes Menendi et Johannes Vermuidi et Petrus Pelaiz de Costa et Pelagius Vermuidi et)[12] Petrus Alfonsi

1 **B.** singolos — 2 **B.** mensse — 3 **B.** Cunia — 4 **B.** quinta — 5 **B.** Garssie

1 **B.** herdadadores — 2 **B.** similiter — 3 **B.** dant Domino Regi — 4 **B.** trictico — 5 **B.** Frexeo — 6 **B.** menssuram — 7 **B.** *A abreviatura deste nome no texto parece ser a de* Suerius, *mas* Stephanus Pelaiz *é que figura noutros depoimentos.* — 8 **B.** *Falta.* — 9 **B.** honores — 10 **B.** Villa — 11 **B.** Gouyos — 12 *Vid. p. 1410, col. 1.ª, nota 5.*

jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Johannes Johannis abbas ipsius ecclesie.

Item, in collatione Sancti Salvatoris de Miotaes.— Petrus Pelaiz, prelatus ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus. Item, dixit quod Dominus Rex habet ibi regalengum bene demarcatum et divisatum in loco qui vocatur Agrelo, et sunt ibi v. leire, scilicet, una est in regalenga super portum de Lavadeira que, quamvis sit de parrochia Sancte Marie de Beatodos, redducitur ad parrochiam istam. Item, circa Fontaynam, iij. leire et in Agrelo alia leira. De omnibus istis leiris dant Domino Regi annuatim terciam partem panis et unum franganum cum x. ovis et vocant maiordomum ad colligendum panem.

Item, dixit quod de isto loco dant annuatim fossadariam Domino Regi, scilicet: de hereditate Pelagii de Lamas, ij. varas de bragal. Item, de hereditate que fuit Petri Eriz, iij. octavas de bragal. Item, de hereditate Troitosendi Pelagii, j. bragal, sed Domnus Petrus Roderici de Peraria acquisivit ibi et tollit de ista fossadaria mediam varam de bragal. Item, de hereditate Suerii Sesnandiz, j. bragal et est ibi quidam sacerdos, nomine Petrus Petri, qui[1] tollit inde terciam de una vara, et Martinus Petri miles tollit inde duodecimam de una vara, scilicet, ij. denarios. Item, de hereditate Pelagii Calvo et Suerio *(sic)* Menendi, j. bragal, et ille sacerdos primus tollit inde sexta de vara de bragal, et ecclesia viiij. denarios et tercia, et Martinus Martini, judex, tollit inde[2] ij. solidos, iiij. denarios. Item, de hereditate qui[3] fuit de Roderico Lupo, iiij. varas de bragal (de antiquo, sed modo reducta est ad duas varas minus quarta, per fas et nefas. Item, de quintana de fundo de Barrio, ij. varas de bragal minus tercia. Item, de hereditate de cima de Barrio que fuit Menendi Arie, v. varas de bragal minus octava de una vara. Item, de hereditate Marie de Fonte, j. varam mediam de bragal, et de novo testata est ecclesie et perditur fossadariam. Item, de hereditate de Penedo, ij. varas de bragal)[4] et Petrus Homo et Martinus Petri milites tollunt inde ij. octavas de una vara de bragal.

Item, dixit quod ordines et milites nihil acquisierunt ibi de novo ultra. Item, cauta et forarii Domini Regis et ame militum non sunt ibi, preter Suerium Cochon et Martinum Johannis qui se deffendunt per Martinum Gervasii, quem nutrierunt ibi. Item, pectant vocem et calumpniam et dant singulas gallinas Domino Regi annuatim omnes qui sunt calumpniarii.

Suerius Cochon et Gunsalvus Rex et Petrus Trotarius et Martinus Grossus et Suerius Lupus et Martinus Johannis et Petrus Dominici, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Petrus Pelagii, abbas ipsius ecclesie.

[1] **B.** *Falta.*—[2] *Em* **B.**, *por evidente lapso de cópia, omitiu-se o que se segue a* tollit inde, *na 2.ª linha desta cláusula, até aqui.*—[3] **A.** *e* **B.** *sic*—[4] **B.** *omite o que está aqui entre* ( ).

Item, in collatione Sancti Johannis de Chaviam.— Non est ibi abbas quia est fratrum Hospitalis, sed Johannes Martini juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus. Item, dixit quod Dominus Rex non habet ibi[1] regalengum. Item, dixit quod est honor Hospitalis et Dominus Rex nichil habet ibi[1] nec habuit. Martinus Petri, Domnus Romanus et Johannino et Martinus Petri et Petrus Johannis, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Johannes Martini dixit.

Item, in collatione Sancte Eolalie de Macenaria.— Johannes Petri, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus.

¦(Item, dixit) quod habet Dominus Rex unum casa(le in loc)o qui dicitur Petraria, de quo dant terciam (partem pani)s et lini et de stivada[2] quartam (partem) et j. taligam de eyradiga inter se (et maior)domum, et pro Sancto Michaele, (j. capon)em cum x. ovis et pro Natali (Domini, unam s)patulam de x. costarum sine (pede cum) j. frangano et pro Entroido j. (cabrito) et pro toto alio foro x. solidos in (festo Sanct)i Johannis et pro loitosa unum (bovem)¦[3].

Item, dixit quod Dominus Rex habet ibi regalengum bene marcatum et divisatum, scilicet, in Garduneiras j. campum magnum de quo dant Domino Regi annuatim iij. alqueires sive habeant sive non. Item, in Petralada ij. leiras de quibus dant j. alqueire annuatim sive habeant sive non. Item, in Lapa unum campum magnum de quo dant j. sextarium annuatim sive habeant sive non. Item, in Mandin j. leiram de quo dant annuatim medium alqueire sive habeant sive non, et hoc totum dant per mensuram de Ratis. Item, dixit quod aliud forum non faciunt nec fecerunt. Item, dixit quod est onor militum de veteri, propter quod Dominus Rex nichil amplius ibi habet.

Stephanus[4] Pelaiz et Petrus Suariz, Domnus Vidal et Johannes Petri et Dominicus Nigrus, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Johannes Petri abbas. Addiderunt etiam quod in ista parrochia est cautum de Negreirus et fuit magistri Gonsalvi.

Item, in collatione Sancte Eolalie de Belsar.—Domnus Petrus, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixerunt *(sic)* quod Dominus Rex non est patronus.

¦(Item), dixit quod Panizaes de Lousa(delo) et Troitomiro sunt (re)galenga Domini Regis, de (quibu)s dant Domino Regi annua(tim s)ingulos almudes de pane, per (mens)uram de Ratis¦[3].

Item, dixit quod sunt ibi v. casalia de veteri et modo sunt sex regalenga, quorum tria sunt populata per Martinum Martini judicem; cetera non sunt populata propter malefactoriam maiordomorum. De populatis tale faciunt

[1] **B.** *Falta.*—[2] **B.** istivada—[3] *Vid. p. 1413, col. 2.ª, nota 1.*—[4] **B.** Suerius

forum, scilicet: dant terciam partem panis veteris et de arruptea dant quartam partem panis et dant[1] pro eyradiga de secunda pro toto pane singulos quartarios inter se et maiordomum. Et in festo Sancti Johannis Babtiste pro fugaciis dant Domino Regi annuatim singulas taligas tritici, per mensuram totam de Ratis, inter se et maiordomum. Et dant terciam de lino et singulos franganos de eyris, et pro festo Sancti Michaelis dant annuatim singulos bragaes et singulos solidos pro merendal et singulos capones cum x. x. ovis, et vocant maiordomum ad colligendum panem et dant ei vj. vj. denarios de sega. Et pro festo Natalis Domini dant singulas spatulas viiij. costarum sine pede et ij. ij. denarios, et pro festo[2] Carnipravii[3] dant singulos cabritos, et pro festo Pascatis dant ij. ij. caseos cum singulis counis de butiro. Et quando Dominus Rex pasaverit Dorium, dant semel in anno vj. vj. denarios de collecta et dant singulas quartas de morabitinis, tribus vicibus in anno partitas, et xviij. xviij. denarios similiter de vita maiordomi.

Item, dixit quod de casalibus depopulatis et de leiris omnibus quas ibi Dominus Rex habet divisatis bene et demarcatis dant de pane et de lino in ratione sicut casalia populata. Alia foro non faciunt, et perdit ea Dominus Rex propter malefectoriam maiordomorum, qui dat dictas leiras ad laborandum pro sua offrecione de sola autem leira que est in Currial. Dant de pane, similiter, et de foro j. caponem et x. ova. Populatores autem Ville de Casali dant de arruptis sextam partem, de culto tertiam.

Item, dixit quod regalengum Domini Regis non est ibi absconditum, preter quod audivit dicere per multos bonos homines quod milites illi de Macenaria multum acceperunt de termino de Agistrin[4] quod est regalengum Domini Regis, quod terminum ita audivit multociens assignare, videlicet, quod terminus de Agistrin[4] incipiebat in Petra Nigra, quod est[5] cautum de Ratis, et exinde ibat ad lagonam ubi stetit carvalium antiquitus, et deinde ad Petram Curveiram, quomodo vadit ad fontem de Gotegia, deinde[6] ad mamonam de Godin.

Dixit etiam quod quando Dominus Raymundus Petri tenebat Agistin[7] pro terra de Domino Rege accepit terras istas et in terminos istos et unam pezam de devesa contra Conveliana et hoc accipierat, sicut audivit dicere, pro termino de Agistin. Item, dixit quod audivit dicere quod homines de Agistin, quando[8] habebant contencionem suam cum hominibus de onra de Macenaria, faciebant cum illis concilium in loco qui dicitur Petra Curveira. Et iste erat terminus utriusque partis.

Item, dixit quod audivit dicere quod seminatum fuit milium ad lagonam supradictam et levaverunt illud ad Agistrin in ratione Domini Regis, et de loco qui dicitur Concieiro, ubi stabat carvalia, levaverunt de illo rationem ad Agistrin[9] Domini /[fl. 10] (Regis, et istud audivit dicere maiordomus Domini Regis de Agustim, qui levaverunt istam racionem)[1], et in toto termino supradicto non mittit Dominus[2] pedem suum (nichil habet medium obulum)[1].

Item, dixit quod quicumque laboraverit in campo de portu de Agistrin, qui est Domini Regis, faciat domino terre suum servicium panis, iiij. denarios. Item, dixit quod Agistrin Superior est pausa Domini Regis et de ricohomine et de maiordomo et sunt pressarii. Item, dixit quod Sanctus Petrus de Ratis habet ibi unum casale et dat Domino Regi annuatim de renda medium morabitinum. Item, dixit quod non pectant vocem et calumpniam, exceptis iij. Item, dixit quod cauta et forarii Domini Regis et honores novi et ame militum non sunt ibi, preter Villa Casalis que tota est onorata per Domnum Petrum Pelagii Corrigiam qui ibi nutritus fuit, et multi ibidem defensi sunt per eum.

Martinus Petri et Johannes Petri et Petrus Petri et Johannes Petri de Agistrin Inferiori, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Petrus Pelagii abbas, excepto quod rationes illas de illis terris non audiverunt dicere maiordomo, sed multis gentibus de terra.

Martinus Petri, juratus et interrogatus, dixit in omnibus et per omnia sicut Petrus Pelagii abbas. Addidit etiam quod audivit illud dicere non solum maiordomis sed etiam aliis gentibus terre.

Petrus Petri Sanctaren, juratus et interrogatus, dixit in omnibus et per omnia sicut Johannes Petri.

Petrus Pelagii dixit in omnibus et per omnia sicut Martinus Petri. Addidit etiam quod audivit dicere patri suo, qui tunc temporis erat maiordomus terre, quod levaverat rationem de predictis locis ad Agistrin Domini Regis.

Menendus Martini de Casali dixit sicut Petrus Pelagii clericus. Addidit etiam quod audivit dicere patri suo, quod fuit in concilio cum hominibus de Agistrin et cum hominibus de onra de Macenaria in illo loco qui dicitur Petra Curveira.

Item, in collatione Sancti Mathei de Guimarancelus.— Johannes Petri, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex est patronus in tribus quartis ipsius[3] ecclesie. Item, dixit quod Dominus Rex habet ibi sex casalia regalenga quorum tale est forum, scilicet: dant de pane Domino Regi terciam partem de culto, et de arrupto quartam[4], de vino medietatem, de lino et leguminibus dant terciam partem, sed de estivadis dant quartam[5] et dant pro eyradiga de pane de secunda singulos sextarios per mensuram de Ratis. Item, pro eyradiga de vino de duabus vineis que ibi sunt, dant ij. puzales de vino, annuatim. Et dant pro festo Sancti Michaelis singulos capones cum x.x. ovis et iij. iij. varas de bragal pro merendal. Et pro festo Natalis Domini singulas spatulas viiij.ª costarum sine pede, et

[1] **B.** *Falta.*—[2] **B.** *Falta desde* Natalis—[3] **B.** Carniprivii—[4] **B.** Agestrim—[5] **B.** est in—[6] **B.** *Falta desde* carvalium—[7] **B.** Agistrim—[8] **B.** quod—[9] **B.** Agustim

[1] *Vid. p. 1410, col. 1.ª, nota 5.*—[2] **B.** Dominus Rex—[3] **B.** *Falta desde* in—[4] **B.** quartam partem—[5] **B.** *Falta desde* de vino

singulas gallinas. Et pro festo Carniprivii dant singulos cabritos. Et pro festo Pascatis dant ij. ij. caseos cum singulis facturis de manteiga et x.x. ovis. Et si habuerint porcas, dabunt singulos lectones et vocant maiordomum ad colligendum panem. Et dant tres. tres. solidos per tres vices in anno divisos.

Item, dixit quod de casali Suerii Petri et de casali Pelagii Gunsalvi dant singulos morabitinos pro festo Sancti Johannis annuatim, quod non essent maiordomi nec ipsi nec filii sui et quod dominus terre mittat ibi maiordomum. Et ista casalia sunt regalenga et habent istud facere de foro Domino Regi annuatim[1] quicumque ibi moraverint.

Item, dixit quod sunt ibi quebrade regalengue Domini Regis, scilicet campum de Genardi, de quo dant Domino Regi annuatim terciam partem panis et unum caponem cum x. ovis. Item, campus de Carvalio, de quod dant ij. capones cum x.x. ovis, et de pane similiter. Item, campus de Tortas, de quo dant j. caponem cum x. ova et de pane similiter. Item, campus de Azadi, de quo dant ij. capones cum xx. ovis et de pane similiter. Item, campus de Candeeiro et ij. leire inter devesas, de quibus dant Domino Regi terciam partem panis.

Item, dixit quod homines istius parrochie laborant campum de Fiunci quod est in parrochia Sancti Felicis et dant inde de culto terciam partem, et de arrupto quartam. Item, dixit quod in baucis de Pias est una leira Domini Regis, et dant inde annuatim j. alqueire de pane per mensuram de Ratis. Item, est ibi regalenga de Rial, scilicet, j. leira de qua dant terciam partem panis. Item, de leiris que vocatur Deciem, dant in censoria Domino Regi annuatim medium morabitinum cum ij. caponibus[2] et totam terciam partem panis[3]. Et hoc est propter unam vineam, quomodo de novo facta est, de qua debent dare terciam partem vini.

Item, dixit quod de ecclesia ista dant Domino Regi iij. taligas de pane de secunda, et pro festo Natalis Domini, ij. capones cum una cabaaza de vino de uno medio alqueire. Item, dixit quod homines de Miotaes pectant vocem et calumpniam.

Item, dixit quod cauta et forarii Domini Regis et honores novi et ame militum non sunt ibi, sed Suerius Suariz Velio recepit Johannem Petri Corrigiam noviter in quadam hereditate sua nova, de qua Dominus Rex perdit vocem et calumpniam de tribus filiis predicti hominis et de pluribus si ibi moraverint. Item, dixit quodlibet Dominus Rex sit patronus ecclesie, non presentavit eum, sed prestamarius terre in loco Domini Regis. Raymundus Petri et Petrus Petri et Dominicus Suariz et Martinus Pelaiz et Suerius Johannis et Domnus Facundus, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Johannes Petri, abbas ipsius ecclesie.

Item, in collatione Sancte Marie de Goyus.—Petrus Suariz, clericus ipsius ecclesie, juratus[1] et interrogatus

[1] **B.** *Falta.*—[2] **B.** capones—[3] **B.** *acrescenta* item

dixit quod Dominus Rex non est patronus. Item, dixit quod Dominus Rex non habet ibi regalengum nec cautum, nec forarium[1] non sunt ibi. Item, dixit quod de Paacios dant Domino Regi annuatim de fossadaria iiij. varas de bragal.

Item, dixit quod in ista collatione sunt undecim casalia, scilicet, in Paazos iiij. et in Covas ij. et[2] Outeiro de Donas v., et de istis omnibus solebant pectare vocem et calumpniam et singulas gallinas maiordomo et iij. iij. solidos de pedida, per tres vices in anno divisos, sed modo non dant fora ista, nisi sex casalia, videlicet in Paazos duo, que sunt eiusdem ecclesie[3]; alia duo nihil dant, scilicet, unum de Vilar de Frades in quo criaverunt filium Stephani de Molnes, et adest medium de monasterio de Varzea et medium de herdadoribus. Et quia tenuit illud Martinus Menendi Fachizo, ideo defendit se et nichil dat quamvis ipse sit mortuus.

Item, dixit quod de duobus casalibus que sunt in Covas non dat nisi unum; aliud se defendit et nichil dat, quia criaverunt ibi filium Martini Johannis Reparadi, militis. Item, dixit quod de v^e^ casalibus que sunt in Outeiro de Donas non dant nisi tria. Unum vero duorum que restant defendit se et nihil dat quia criaverunt ibi filios Petri Laurencii de Chorenti[4], et modo criant ibi filium filii sui. Aliud casale se defendit quia Gunsalvus Diaz, miles, testatus est ecclesie, et ideo ecclesie nihil dat, et dixit postea de isto casali, quod non solebat dare vocem et calumpniam[5].

Petrus Pelaiz et Petrus Johannis et Petrus Martini et Gunsalvus Menendi et Gunsalvus Pelaiz, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Petrus Suariz, clericus ipsius ecclesie.

Item, in collatione Sancti Felicis de Gondoferus.—Suerius Dominici, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus. Item, dixit quod Dominus Rex habet ibi suum regalengum, scilicet, in Reparadi et tenet illud Pelagius Dominici per cartam istius Domini Regis, et ad suum forum sicut in carta est expressum.

Item, dixit quod sunt ibi leire, scilicet, Campus de Grama quod est medium regalengum, de quo dant terciam partem panis. Item, in loco qui vocatur Crux, una leira de qua dant similiter. Item, in loco qui dicitur Super Vallo, j. alqueire de pane annuatim, sive habeat sive non. Item, in Grandal, j. leira de qua dant annuatim medium alqueire de renda. Item, de leira de Ferrageal, j. almude similiter. Item, de leira de Insula, j. almude similiter[6], et alia leira est in ipsa Insula que dat terciam partem panis. Item, de duobus casalibus que sunt in Godoferus Minoribus et Inferioribus dant annuatim in censoria singulos alqueires de pane, et hoc dant per mensuram de Ratis.

[1] **B.** forarii—[2] **B.** et in—[3] **B.** *Segue-se* et—[4] **B.** Cheronti—
[5] **B.** *Falta desde* et dixit postea—[6] **B.** *Falta.*

Item, dixit quod dant Domino Regi annuatim de fossadaria, scilicet: de hereditate que fuit de Domno Orio, que est in termino de Vermui, j. bragal, et collegerunt ibi Petrum hominem militem, (et tollit inde iiij denarios de Domino Regi *(sic)* annuatim. Item, dixit quod in ista collatione non pectant vocem et columpniam nisi in dicto casali de Outeiro.

Item, dixit quod cautum et forarii Domini Regis)[1] et honores novi non sunt ibi, sed est honor vetus, et ame militum de novo non sunt ibi.

Johannes Pelagii et Pelagius Petri et Pelagius Pelagii et Petrus Dominici et Petrus Petri, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Suerius Dominici, abbas ipsius ecclesie.

Item, in collatione Sancti Romani de Milazes.—Martinus Martini, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex est patronus. Item, dixit quod habet ibi Dominus Rex suum regalengum, scilicet, novem casalia et media integra, quorum tale est forum, scilicet, dant Domino Regi annuatim terciam partem panis et lini, et de vino[2] quartam et singulos franganos cum lino. Et si non habuerit linum, omnino dabit franganum et dant pro eyradiga[3] singulos quartarios de pane inter se et maiordomum per mensuram Vimaranis, et pro merendal, singulos sestarios de suo libere per eandem mensuram[4]; et pro fugacia, iij. iij. almudes de secunda inter se et maiordomum, per taligam Vimaranis, et singulos denarios, et hoc in festo Sancti Johannis Babtiste. Et pro festo Sancti Michaelis dant singulos bragaes et duos. duos. capones cum x. x. ovis et singulos franganos de eyris. Et in festo Natalis Domini dant singulas spatulas novem costarum sine pede cum singulis denariis. Et pro festo Carniprivi dant singulos cabritos, et quicumque habuerint iij. oves vel plus dabunt singulos cordeiros albos pro cabritis. Et quicumque habuerint porcam paridam dabit leitigam {(a Januar)io usque ad Sanctum Michaelem}[5]. De medio casali faciunt medium forum. Item, dixit quod dant pro festo Sancti Johannis vj. vj. denarios de collecta Domini Regis semel in anno, et dant pro loitosa singulos morabitinos et non pectant calumpnias, nisi iij. {(et de san)guine de super occulos dant (unum) carnarium}[5]. Et si unum de istis casalibus depopulatum fuerit, quicumque ibi intrare voluerit dabit unum carnarium de intrada. Et si aliquis istorum qui in dictis casalibus habitant habuerit querimoniam de vicino suo, dabit j. denarium maiordomo de eyris et non plus, et pignorabit pro eo. Sed si voluerit habitator, pignorabit extra istam villam pro suo debito sine maiordomo et portario.

Item, dixit quod debent facere singulos pallearios, sub v. fustibus inclusos, sed non debent custodire illos[6]. Et quicumque non fecerit, pectabit unum carnarium.

[1] *Vid. p. 1410, col. 1.ª, nota 5.*—[2] **B.** vini—[3] **B.** *acrescenta:* Domino Regi—[4] **B.** eadem menssuram—[5] *Vid. p. 1413, col. 2.ª, nota 1.*—[6] **B.** illud

Item, dixit quod sunt tria casalia in Guilado de quibus dant terciam partem tocius fructus, de qua tercia parte Dominus Rex levat annuatim quartam partem. Directuras vero omnes faciunt et dant aliis dominis, et sic perdit ibi Dominus Rex. Item, in domo Durandi scutarii est unum casale, de quo similiter faciunt et simili modo. Item, in Cerzeiras[1] est unum casale, de quo similiter faciunt et simili modo, sed in locis intrat regalengum, et in locis non. Item, in Paazo est unum casale quod est et facit sicut casale de Cerzeiras. Item, in Quinteela est unum casale Sancti Salvatoris de Fornelus[2] et intrat ibi Dominus Rex in octavam de ratione.

Item, dixit quod est ibi una peza de terreno in loco qui dicitur Fornus, et de medietate rationis ejusdem habet Dominus Rex quartam partem rationis, et de alia medietate habet octavam partem[3]. Et in agro de Bouza est j. leira de simili foro. Item, in loco qui dicitur Casaes est j. peza de qua dant Domino Regi annuatim in censoria j. taligam de pane per mensuram de Ratis. Item, de loco qui dicitur Mata Boy dant j. ansar in censoria.

Item, dixit quod de ista ecclesia dat Domino Regi annuatim in censoria pro festo Sancti Michaelis j. bragal, et debet dare prestamario soli, semel in anno, quod comedat, scilicet, j. gallinam et j. regueifam et unum vas de vino. Item, dixit quod regalengum non est ibi absconditum[4], nec unquam majus forum fecerunt. Item, dixit quod dant Domino Regi annuatim de fossadaria, scilicet, de hereditate Petri Pelagii Rubei, j. vara minus quarta de bragal, et perdit Rex inde, scilicet, iij. varas minus quarta annuatim propter Vincentium Gunsalvi qui intravit ibi, et ecclesia Sancti Jacobi de Villa Sicca ad quam pars ipsius hereditatis testata est.

Item, de hereditate que fuit de Gorgulio, vj. denarios. Item, de casali de Spaeses que fuit servicialium Domini Regis de Fao, scilicet, Mauri et filiorum ejus, dant mediam varam de bragal et tollit inde Rodericus Johannis, miles dictus Molnes, octavam partem modo de novo, et alii milites qui ibi nutriti fuerunt, alias partes, et sic Dominus Rex perdit casale servicialium suorum quia perdit directuras suas.

Item, dixit quod cauta et forarii Domini Regis et honores novi[5] et ame militum non sunt ibi. Item, dixit quod ordines et milites nichil acquisierunt ibi de novo. Item, dixit quod in ista collatione intrat maiordomus et pectant vocem et calumpniam.

Petrus Gurgulio et Durandus scudarius et Petrus Johannis de Guilado et Martinus Suariz et Gunsalvus Garcie et Petrus Johannis, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Martinus Martini, abbas istius ecclesie.

Item, in collatione Sancte Marine de Vincenti.—Domnus Menendus, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus. Item,

[1] **B.** Zerzeiras—[2] **B.** Furnelus—[3] **B.** *Falta o que se segue a* quartam partem—[4] **B.** absconsum—[5] **B.** *acrescenta:* non sunt ibi

dixit quod habet ibi Dominus Rex suum regalengum bene demarcatum, scilicet, in termino de Fiaes in Outeirol[1], ij. leiras. Item, in Basto, ij. leiras. Item, in Leiras Longas, ij. leiras. Item, in Agro Malo, iiij. leiras |(Item,) dixit quod in loco qui dicitur (Va)lla est j. leira de qua (dant) Domino Regi annuatim (j.) alqueire de pane per mensu(ram) de Ratis.|[2] Item, in Fontes, j. leiram.

Item, medium de campo de Fareleiro. Item, in loco qui dicitur Pons, j. leiram. Item, in Molendinis, j. leiram. Item in Governios, j. leiram. Item, in Espinariis, j. leiram. Item, in Varzea, j. leiram. Et de istis leiris omnibus dant terciam partem panis Domino Regi et non faciunt aliud forum, quia milites tenent regalengum istud acostadizo suis casalibus, et informant de[3] illo sua casalia. Milites sunt Rodericus Valasci Quaraesma et Martinus Valasci frater ejus.

Item, dixit quod Sanctus Petrus de Ratis habet ibi unum casale, quod habet campos suos in Offiaes. Et de istis campis faciunt septem partes, et unam dant isti ecclesie et duos Domino Regi et quatuor Sancto Petro de Ratis cum eyradiga ipsarum vij. partium, scilicet, iij. taligas de pane inter se et maiordomum, excipitur inde campus de Linares quod est totus de Ratis.

Item, dixit quod dant Domino Regi annuatim de fossadaria, scilicet, de quintana que fuit Pelagini et sorori *(sic)* sue Mariiline solebant dare viij. cubitos et j. legon, et criaverunt ibi filium Reymundi Petri et tollit septimam partem de fossadeira. Et Johannes Petero[4] comparavit medietatem ipsius quintane et tollit medietatem de fossadeira, et ita nichil remanet Domino Regi nisi tres varas et medium legon.

Item, de quintana que fuit Petri Pelagii et Pelagii Suerii solebant dare j. bragal, et modo non dant nisi v. varas et media minus j. denarium quia Domna Sancia Pelagii comparavit ibi, et ista ecclesia habet ibi partem suam in testamento et tollunt aliam fossadariam.

Item, in Curugias, de hereditate de Martinus Magrom j. vara de bragal.

Item, dixit quod parrochia ista est honor Corrigiarum de veteri, et ideo cautum et forarii Domini Regis et ame militum non sunt ibi, nec ordies[5] aut milites aliquid plus acquisierunt ibi, de quo Dominus Rex perderet directum suum. Major autem fora non faciunt nec fecerunt ibi.

Pelagius Suariz, Petrus Feo et Martinus Parlete et Dominicus Petri et Gunsalvus Bofon et /[fl. 11] (Duram Martinz et Menendus Petri et Martinus Pelaiz, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia)[6] sicut Domnus Menendus abbas.

Item, in collatione Sancte Leocadie de Petra Furata.— Martinus Menendi, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus. Item, dixit quod non est ibi cautum, nec forarius Domini Regis nec honor novus sunt ibi.

Item, dixit quod omnes[1] de ista collatione solebant pectare vocem et calumpniam, sed modo non pectant nisi quinque homines et medium, qui dant Domino Regi annuatim singulas gallinas, et medius homo dat mediam gallinam. Et ista casalia hec sunt: in Ameiela sunt duo casalia et in Carvalio Sancte Locaye unum casale et in Rial tria casalia quorum unum non est populatum et ideo nihil dat, et in Ulveira unum medium casale; et ista dant vocem et calumpniam et singulas gallinas et ij. ij. solidos tribus vicibus in anno in pidida, sed medium casale medium forum facit. Stephanus vero de Molnes comparavit ibi hereditatem calumpniariam, et nichil inde dant Domino Regi; comparavit enim illam de Gunsalvo de Torno. Preterea dictus Stephanus de Molnes fuit ibi nutritus in casali de Varzea de cima de Ulveira de Petra Furata et defendit se per hoc Domna Dominicas cum duobus filiis suis uxoratis. Item, dixit quod predictus Stephanus de Molnes fecit nutrire filios suos et de tribus casalibus propter hoc perdit Dominus Rex directum suum totum.

Item, ego Martinus Menendi, qui modo sum abbas istius ecclesie, nutrivi quamdam filiam istius Stephani de Molnes, propter quam liberata est ecclesia a voce et calumpnia quam solebat dare. Item, dixit quod hordines nichil acquisierunt ibi.

Menendus Pelaiz et Suerius Sandeu et Petrus Johannis et Johannes Dominici, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Martinus Menendi, abbas ipsius ecclesie.

Item, in collatione Sancti Pelagii de Principaes.— Martinus Menendi, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus. Item, dixit quod sunt ibi xj. casalia regalenga minus quarta unius casalis, et sunt iiij.or casalia de istis in Vilar de Figus, et in Villa[2] Viridi sunt iiij.or casalia de istis[3], et in Rippario sunt de istis ij. casalia minus quarta et in Principaes est unum casale de istis. Et sic sunt xj. minus quarta. Omnia autem ista casalia predicta habent et faciunt Domino Regi annuatim in omnibus et per omnia sicut casalia regalenga Sancti Romani de Milazes, sicut ibi est expressum de verbo ad verbum.

Item, dixit quod sunt[4] in Principaes duo casalia et habet in eis Dominus Rex duas[4] quartas, propter quod levat de illis quartam partem de ratione tocius fructus et omnium directurarum, quorum casalium tale est forum, scilicet: dant de pane et de lino unum quodque casale per se terciam partem, et de vino, quartam et singulos franganos; de lino, sive habeant linum[4] sive non, et dant pro eyradiga inter se et maiordomum singulos quartarios de secunda per mensuram de Ratis. Et pro fugacia et directura dant singulos quartarios tritici inter se et

[1] **B.** Outeiral—[2] *Vid. p. 1413, col. 2.ª, nota 1.*—[3] **B.** inde—[4] **B.** Pecaro—[5] **B.** ordines—[6] *Vid. p. 1410, col. 1.ª, nota 5.*

[1] **B.** *homines*—[2] **B.** Villar—[3] **B.** isti—[4] **B.** *Falta.*

maiordomum per eadem *(sic)* mensuram. Et pro merendal dant iiij. iiij. varas de bragal. Bragaes non dant nec franganos de eyris nec faciunt pallearios, sed in omnibus aliis directuris et foris que restant faciunt sicut casalia sancti Romani de Milazes, sicut superius est expressum de verbo ad verbum.

Item, dixit quod in ista collatione non pectant nisi iiij.^or calumpnias, et de sanguine rupto super occulos dant j. carnarium. Item, dixit quod de ista collatione dant Domino Regi annuatim de fossadaria, scilicet, de hereditate que fuit Pelagii Menendi et suorum fratrum, j. bragal. Item[1], de quintana de Calvo do Barrial[2], vj. varas de bragal. Item, de hereditate Johannis Conde, iiij. denarios. Item, de hereditate Petri Oariz, ij. varas de bragal. Item, de hereditate Suerii Trasmiriz de Vilar de Figus, ij. varas de bragal, et Stephanus Varazim miles tollit inde quartam partem, quia acquisivit ibi hereditatem Arie Martini. Item, de hereditate Petri Pequeno, ij. varas et tollit inde Gonsalvus, filius Stephani de Molnes, x. denarios propter amum suum qui criavit ipsum, non ibi sed alibi. Item, de quintana de Ripario, iij. denarios.

Item, dixit quod Petrus de Villa Viridi et filii sui, qui modo sunt, sunt maiordomi Domini Regis de Fao, sed nutriverunt jam in quintana dictorum maiordomorum Domini Regis Orracam Gunsalvi et Tarasiam Petri, filiam Petri Varazim, que habent jam in dictam *(sic)* quintana partes suas.

Item, dixit quod cauta et forarii Domini Regis et onores novi non sunt ibi[3] plus. Item, dixit quod hordines de novo nichil acquisierunt ibi. Item, dixit quod aliud forum sive foros nec[4] faciunt nec fecerunt.

Dominicus Suariz, Petrus Pelaiz et Johannes Pelaiz et Petrus Fastiado et Johannes Martiniz et Johannes Pelaiz et Menendus Conde, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Martinus Menendi, abbas ipsius ecclesie.

Item, in collatione Sancte Marine de Paradela.—Suerius Petri, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus. Item, dixit quod de ista collatione dant Domino Regi annuatim de fossadaria, scilicet, de quintana Domne Tarasie et sue germanitatis, quod est in Requianes, ij. varas de bragal. Item, de quintana Ermigii Pelagii, ij. franganos. Item, de quintane Domne Maiori, ij. denarios. Item[5], in Couso de quintana Menendi Pelagii, iiij. cubitos. Item, de quintane Exemee Arie, j. denarium. Et de ista fossadaria tollit inde Johannes Alfonsi, quondam meirinus, et Fernandus de Lacu propter hereditates quas ibi comparaverunt. Et isti cum aliis hominibus tollunt inde j. vara et media et octava de bragal.

Item, dixit quod in isto loco de Couso audivit dicere quod solebant pectare vocem et calumpniam, et postquam intravit ibi Domnus Petrus Salvatoris non pectarunt illam.

[1] **B.** Item dixit—[2] **B.** de Barial—[3] **B.** non sunt ibi nec honores novi—[4] **B.** non—[5] **B.** *Falta.*

Item, in isto loco de Couso morantur duo maiordomi Domini Regis de Fao, scilicet, Menendus Pelagii et Johannes Stephani. Item, dixit quod ibi in Couso Johannes Alfonsi predictus fecit ibi honorem novum, ubi numquam fuit et fecit ibi bonam quintanam de pausa.

Item, dixit quod Paradela est honor vetus Domni Petri Pelagii alferat et est divisus per divisiones assignatas et demarcatas quas non egreditur.

Item, dixit quod aliud cautum et alii forarii Domini Regis et alii honores novi et ame militum non sunt ibi. Item, dixit quod regalengum Domini Regis non est ibi, sed multi homines sunt in parrochia ista et maxime in Requiaes qui laborant regalengum Domini Regis in Faria antiqua, propter quod Dominus Rex multum amittit a juribus suis. Item, ordines nichil acquisierunt ibi de novo vel de veteri, de quo Dominus Rex perdat directum suum.

Item, dixit quod regalenga ista tenent a patribus et ab avis.

Menendus Alfonsi et Petrus Faria et Petrus Johannis et Menendus Pelagii de Couso[1] et Menendus Suariz et Menendus Pelaiz, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Suerius Petri, abbas ipsius ecclesie.

Item, in villa Sancti Petri de Ratis.—Non erat ibi prior, sed Domnus Stephanus quondam prior, juratus et interrogatus, dixit quod Dominus Rex est patronus, quia Comes Domnus Anricus et Regina Domna Tarasia dederunt et confirmaverunt locum istum cautatum[2] et demarcatum per patrones ecclesie Sancte Marie de Caridade, et dixit quod habent inde bonas cartas. Item, dixit quod de isto monasterio dant Domino Regi annuatim mediam collectam. Item, dixit quod homines istius ville vadunt cum Domino Rege in exercitu suo.

Item, dixit quod si aliquis homo istius ville fecerit calumpniam aliquam extra cautum, si inpetitus fuerit super hoc a maiordomo terre, dabit /^fl. 11 v.º (fidejuxorem quod corrigat perante judices de Faria et de Ratis.

Item, dixit quod Sanctus Petrus de Ratis nihil comparavit vel acquisivit, de quo Dominus Rex perdit directum)[3] vel forum suum. Item, dixit quod forarius Domini Regis non sunt ibi.

Domnus Reynandus[4] et Martinus Martini, fratres ejusdem loci, et Martinus Martini judex de Faria, et Petrus Gunsalvi judex de Ratis, et Dominicus Menendi clericus et Martinus Johannis et Gunsalvus Laurentii et Dominicus Menendi et Dominicus Pelaiz et Martinus Juliani et Dominicus Petri, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Domnus Stephanus quondam prior.

Item, in collatione Sancti Jacobi de Villa Sicca.—Ramirus Martiniz, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus. Item, dixit quod non est ibi regalengum nec cautum nec honor vetus nec novus. Item, dixit quod in Laordelo Inferiori

[1] **B.** *omite esta testemunha.*—[2] **B.** coutata—[3] *Vid. p. 1410, col. 1.^a, nota 5.*—[4] **B.** Reymundus

moratur Johannio qui est maiordomus Domini Regis de Fao. Item, dixit quod alius forarius Domini Regis non est ibi, nec est ibi aliquis qui laboret in alia parrochia regalengum.

Item, dixit quod in ista parrochia pectant vocem et calumpniam, sed sunt ibi quedam casalia que non dant vocem et calumpniam, nec faciunt forum aliquod Domino Regi propter filios militum quos ibi nutriverunt. Et casalia sunt hec, scilicet: in casali de Pena quod est ipsius ecclesie nutriverunt filiam Gunsalvi Gomecii militis. Item, in alio casali ipsius ecclesie nutriverunt aliam filiam eiusdem militis. Item, in casali de Petro Neto quod est ipsius ecclesie nutriverunt filium Martini Munionis militis. Item, in casali Dominici Calvo quod est ipsius ecclesie nutriverunt filium Vincencii Gunsalvi militis. Item, in casali Petri Durandi quod est ipsius ecclesie nutriverunt filium Fernandi Ermigii militis. Item, in Laordelo[1] Superiori est ibi unum casale in quo nutriverunt filium (Gunsalvi Gomecii militis. Item, in Laordelo Inferiori est ibi unum casale in quo nutriverunt filium Gunsalvi Gomecii militis. Item, in ipsum Laordelum Inferiori est ibi quoddam casale in quo nutriverunt filiam)[2] Johannis Verazim. Item, in hereditate Petri Laordelo nutriverunt filiam Vincentii Gunsalvi militis. Omnia ista casalia pectabant[3] vocem et calumpniam et dabant singulas gallinas, sed modo nichil dant.

Item, dixit quod de ista parrochia dant fossadariam Domino Regi annuatim, scilicet[4], de hereditate Petrilini de Laordelo, ij. varas de bragal, sed filius Vincentii Gunsalvi militis tollit inde vij.ª partem quia nutritus fuit ibi.

Item, de casali de Pena, quod est ecclesie, solebant dare unam gallinam in fossadaria, sed modo non dant, duo sunt anni elapsi.

Item, dixit quod ordines et milites nichil acquisierunt ibi amplius, de quibus Dominus Rex perdat directum suum, nec scit fossadariam istam esse majorem.

Dominicus Suariz, Johannino et Gunsalvus Suariz et Petrilinus, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Ramirus Martiniz.

Item, in collatione Sancti Salvatoris de Fornelos.—Abbas non est ibi, sed Petrus Petri capellanus, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus. Item, dixit quod non est ibi regalengum. Item, dixit quod in ista collatione, ut audivit, solebant dare vocem et calumpniam, et intrabat ibi maiordomus Domini Regis et dabant singulas gallinas, et dabant ei de vita ut comederet, sed modo non est ibi locus in quo[5] maiordomus ausus sit intrare propter filios militum qui ibi nutriverunt et nutriverint.

Item, dixit quod in ista collatione dant fossadariam Domino Regi annuatim, scilicet, de quintana Petri Nuniz[6] de Pedragal, ij. varas de bragal, et Sanctus Jacobus de Villa Sicca tollit inde octavam partem in testamento. Item, de quintana Dominici Perouvel, j. quartam de vino per alqueire de Barcelos, de qua modo dant ij. alqueires medium, aliam tollit Petrus Dominici cum fratribus suis qui sunt maiordomi Domini Regis de Fao. Item, de quintana de Villa Sicca, que fuit Suerii Froye, iij. bragaes ex antiquo, sed milites qui ibi nutriti fuerunt et ecclesia tollunt inde annuatim Domino Regi xij. varas. Item, de quintanis Marie Gunsalvi, ij. denarios. Item, in Fornelos de quintana Marie Suariz, iiij. varas de bragal, sed ecclesia ipsa tollit medietatem in testamento et Domna Maior Martini de Mota, ibi nutrita, et quidam clericus sacerdos tollunt quartam de una vara. Item, ibi de hereditate Suerii Gosendi, j. vara de bragal et tercia, sed Dominicus Suerii clericus tollit inde duas partes. Item, de quintana de fundo de villa viij varas de[1] bragal et tollit monasterium de Boyro ij. varas de bragal in testamento. Item, de hereditate Domni Silvestri, iiij. varas de bragal. Item, dixit quod honor novus non est ibi nec cautum nec alii forarii Domini Regis nec ordines nichil acquisierunt ibi.

Stephanus[2] Petri et Petrus Johannis et Menendus Gunsalvi et Martinus Johannis et Dominicus Petri, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Petrus Petri capellanus.

Item, in collatione Sancte Marie de Faria.—Pelagius Suariz, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus et sunt ibi viij.º casalia regalenga que faciunt in omnibus et per omnia tale forum sicut casalia regalenga Sancti Romani de Milazes, sicut superius est expressum de verbo ad verbum. Item, dixit quod hereditas de Faria est media regalenga et media herdatorum de monte in fonte }(excepto) quod est ecclesie et palacii, propter{[3] quod Dominus Rex habet arroteas suas mixtas cum herdatoribus. Item, dixit quod sunt ibi leire Domini Regis divise, scilicet: in Bouza de Abonte[4], j. leira. Item, in loco qui dicitur Quartas, j. leira. Item, sub Regueira, j. leira. Item, in Carregal, j. leira. Item, in Magarim, j. leira. Item, in Campo, j. leira. Item, in Vioca, j. leira; et de istis leiris dant Domino Regi annuatim terciam partem panis. Item, in Boca de Devesa, j. leira sicut audivit[5].

Item, dixit quod arroteas de Riquiaes sunt de termino de Faria antiqua que est regalenga Domini Regis, sicut superius est expressum, et parentes et avii ejus usaverunt semper eas pro termino de Faria. Et pater ejus jacens in articulo mortis, ubi[6] volebat accipere Corpus Christi, interrogatus fuit super hoc et dixit quod arroteas de Requiaes erant de termino de Faria antiqua. Addidit etiam quod Sueirinus parrochianus ejus, in articulo mortis similiter et simili modo interrogatus, dixit illud idem.

Item, dixit quod bene sunt xx viij. anni elapsi quod ipse est abbas istius ecclesie et senper levavit de arroteas de Riquiaes decimas, et prestamarius Domini Regis

[1] **B.** Loordelo—[2] **B.** omite *o que está entre* ( ).—[3] **B.** pectant—[4] **B.** sed—[5] **B.** ubi, *em vez de* in quo—[6] **B.** Moniz

[1] **B.** *Falta.*—[2] **B.** Suerius—[3] *Vid. p. 1413, col. 2.ª, nota 1.*—[4] **B.** Albonte—[5] **B.** *acrescenta:* dicere—[6] **B.** ibi

de Faria, rationem panis; sed modo de novo in istis iiij^{or}. annis, homines de Riquiaes forciaverunt Fariam antiquam Domini Regis de predictis arroteas[1] de Faria predicta, cujus terminus est, ut audivit dicere et usare, per portelam de Riquiaes. Item, dixit quod super istas arroteas vocavit judicem de Faria Martinus Martini, ab utraque parte rogatum ut cuilibet[2] parti daret diretum suum. Et predictus judex interrogavit homines de Riquiaes quis fecerat arroteas ipsas et ipsi responderunt quod ipsi fecerant. Interrogati quibus dederant decimas et rationes de ipsis, dixerunt quod ex quo tempore ipsas rumperant, senper dederant decimas ecclesie de Faria antiqua et rationes panis prestamario Domini Regis de predicta Faria. Tunc judex dixit: quomodo senper fecistis, ita facite, quia non possum de jure nec debeo de regalengo Domini Regis aliter judicare.

Item, dixit iste predictus abbas quod audivit dicere quod Vallis(?) de Rosendo et Avessada Vetula quomodo vadit ad paredenarios sunt[3] de termino predicte Farie, et homines de Trasrio et de Barrial et de Outeiro accipiunt predictum terminum et nullum faciunt forum Domino Regi de eo, cujus deberet esse medietas.

Item, dixit quod dant Domino Regi annuatim de fossadaria de ista collatione, scilicet, xxj. denarios. Item, dixit quod cautum et honor novus et ame militum et forarii Domini Regis non sunt ibi, preter Petrum Quilmelo qui est maiordomus Domini Regis de Fao.

Menendus Pequenus et Martinus Pelaiz et Petrus Pelaiz et Petrus Martiniz et Suerius Pelaiz et Johannes Suariz et Petrus Quilmelus et Stephanus Martiniz, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Pelagius Suariz abbas ipsius ecclesie.

Item, in collatione Sancti Salvatoris de Crastelo.— Petrus Menendi, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit /[n. 12] (quod Dominus Rex non est patronus nec est ibi regalengum. Item, dixit quod cautum et honor novus non est)[4] ibi, sed in Vilar Ladrom est (honor vetus Domni Petri Cusculio. Item, dixit quod forarius Domini Regis non est)[4] ibi, preter Johannes Stephani qui est maiordomus Domini Regis de Fao. Item, dixit quod ame militum sunt ibi, scilicet in duobus casalibus de Ortal criaverunt filium et nepotem Vincencii Gunsalvi militis. Item, Dominicus Pelaiz qui moratur in outeiro de Rial nutrit modo ibi filiam Petri Menendi Corvalam, et de istis locis perdit Dominus Rex vocem et calumpniam et singulas gallinas, et omnes de ista collatione dant vocem et calumpniam et singulas gallinas et de quali vita habent maiordomo Domini Regis, excepto loco qui vocatur Ferreirus et locis predictis. Item, dixit quod nullus est ibi qui laboret in regalengum Domini Regis. Item, dixit quod Stephanus Petri de Mota et Fernandus de Lacu acquisiverunt hereditates calumpniarias Domini Regis.

[1] **B.** arroteis predictis—[2] **B.** quilibet—[3] **B.** sicut—[4] *Vid. p. 1410, col. 1.ª, nota 5.*

Item, dixit quod hordines nichil acquisierunt ibi. Item, dixit quod dant Domino Regi annuatim de fossadaria, scilicet, de erdadores de Rial, de hereditate de Ero Ferrario, iiij. varas de bragal, et de ista fossadaria tollit Fernandus de Lago et Stephanus de Mota, qui modo ibi noviter comparavit, j. vara et tercia. Item, dixit quod de ista hereditate dant de foro iij. gallinas et predicti milites tollunt de istis gallinis sicut de fossadaria. Item, de hereditate de Froya Calvo, iiij. denarios. Item, dixit quod sunt ibi duo casalia Sancti Jacobi de Villa Sicca non populata, et perdit inde Dominus Rex vocem et calumpniam et gallinas. Item, tres milites habent ibi tria casalia de veteri.

Johannes Petri, Martinus Pelaiz Lorica et Petrus de Souto et Petrus Falon et Pelagius Romeus et Menendus Johannis, jurati[1], dixerunt in omnibus et per omnia sicut Petrus Menendi, abbas ipsius ecclesie.

Item, in collatione Sancti Salvatoris de Fonte Mala.— Pelagius Johannis, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus. Item, dixit quod habet ibi Dominus Rex regalengum et est unum ca[sa]le et vocatur casale Domini Regis, de quo tale est forum, scilicet, dant Domino Regi annuatim in[2] renda j. modium tritici per ferratum[3] de Fao et j. alqueire de tritico in fugaza, in pane cocto per alqueire de Barcelus. Item[4], audivit dicere quod solebant de illo dare j. gallinam, sed non vidit dare.

Item, dixit quod leire et quebrade non sunt ibi. Item, dixit quod honor novus non est ibi, sed est ibi unum casale in quo nutriverunt Gomecium Barretum et deffenduntur[5] per ibi[6] duo homines. Item, dixit quod milites et ordines nichil acquisierunt ibi de quibus Dominus Rex perdat directum suum. Item, dixit quod alie ame militum non sunt ibi.

Item, dixit quod forarii Domini Regis de Fao sunt ibi, scilicet, filie et nepotes Johannis de Eyra et Domni Durandi et Pelagini et Petri Pelagii dicti Mauri et filie Dominici Tritici, que morantur in Villa de Conde, et de hereditatibus calumpniariis hoc forum faciunt Domino Regi, scilicet: dant singulos cabritos, et qui habuerit oves dabit cordeirum pro cabrito, et si non habuerint oves neque[7] capras, nichil dabunt; et dant annuatim iij. iij. fogazas maiordomo Domini Regis de singulis mediis alqueires per mensuram de Barcelus. Et si riqushomo venerit ibi dabunt illi singulas fogacias semel in anno per eandem[8] mensuram et de[9] eadem mensura, et si ibi non venerit riqushomo et fuerit in terra dabunt[10] illi, inter duos, unam fogaciam per eandem mensuram et de eadem mensura, et omnes dabunt singulas gallinas, exceptis mulieribus viduis que nichil dant nisi in renda, et dant de loitosa ij. ij. morabitinos. Hereditates calumpniarie, quomodo hoc forum faciunt, hec sunt, scilicet: quin-

[1] **B.** jurati et interrogati—[2] **B.** de—[3] **B.** sestarium—[4] **B.** *acrescenta:* dixit quod—[5] **B.** defenditur—[6] **B.** illo—[7] **B.** nec—[8] **B.** eadem—[9] **B.** *Falta.*—[10] **B.** dabit

tana Pelagii Guiseima et quintana Petri Menendi et quintana Menendi Qui Venit et quintana Pelagini et quintana Domni Nuni et quintana Petri Sesnandiz et quintana Suerii Alfonsi de Faria et quintana Gunsalvini et quintana Johannino filio Pelagii Mauro et quintana Pelagii Johannis et alia quintana Petri Sesnandiz et quintana Pelagii Martini et quintana Dominici Petri et quintana de Dominico Cavalino. Et preter hec sunt xxij. casalia de hordinibus et vj. Ecclesie Bracarensis et non sunt populata, sed quando populatum erat quoddam casale monasterii de Randuffi, faciebat tale forum Domino Regi sicut alia casalia calumpniaria[1].

Item, dixit quod monasterium de Vilar comparavit ibi quandam hereditatem calumpniariam de Menendo Estrom, et ista casalia monasteriorum et Ecclesia Bracarensis non populata dant singulos alqueires tritici per mensuram parvulam divisatam et abrasam, et hoc prima die kalendarum Augusti.

Item, dixit quod de ista collatione dant Domino Regi annuatim de fossadaria, scilicet, de hereditate Menendi Cidit[2], viij. varas de bragal, et serviciales Domini Regis de Fao tollunt de illa et nesciunt quantum. Item, de hereditate Menendi Estrom, j. bragal de veteri. Item, de hereditate Domne Dominice, j. bragal de veteri. Item, de quintana de Estremadoyro de veteri, ij. varas de veteri. Item, de hereditate Domni Godini, j. bragal de veteri. Item, de casa Dominici Pelagii, ij. denarios. Item, de quintana Pelagii Johannis, ij. varas de bragal. Item, de quintana de Peayno et de quintana Petri Menendi singulos denarios. Item, de quintana Petri Sesnandiz, ij. varas de bragal. Item, de hereditate de Tocha, j. bragal. Item, de quintana Alfonsi Menendi, ij. varas de bragal. Item, de hereditate Gunsalvi Gontaldiz, v. varas de bragal. Item, de quintana Gunsalvini, ij. denarios. Item, de quintana de Alfonsino, j. bragal. Item, de quintana Johannis Barreta, j. denarium. Item, de quintana de Alfonso Calvo, scilicet, de casa Dominici Alfonsi, ij. denarios. Item, de hereditate de Ruduffi[3] de Figueiras, ij. varas et de hereditate de Estremadoiro de Randuffi, ij. varas de bragal. Item, de quintana de Maria Foubas, j. alqueire tritici per mensuram de foro. Item, de quintana de Domno Nuno, j. alqueire tritici per eandem mesuram *(sic)*.

Item, dixit ⟨dixit⟩ quod ordines et serviciales Domini Regis tollunt de istis fossadariis, sed nesciunt distinguere quantum. Item, dixit quod isti herdadores qui predictos faciunt foros Domino Regi habebant hereditates suas de patribus et avis et atavis et ultra, et archiepiscopus bracarensis Domnus Silvester per excommunicacionem expoliavit eos hereditatibus suis, et Domnus Johannes Egee, ejusdem loci archiepiscopus, prohibuit eis modo noviter quod pro argacom non irent ad mare et quod ligna non colligerent ubi solebant colligere ex antiquo, et de his incurrit Dominus Rex magnum dampnum.

[1] **B.** collumpniarii — [2] **B.** Cidis — [3] **B.** Randuffi

Item, dixit quod de antiquo dabant de renda pro calumpniis, exceptis[1] tribus[1] calumpniis[1] divisatis, homines de ista collatione, vij. morabitinos xvj. solidos, sed modo non dant nisi duos quia non est modo sic populata, et sunt ibi serviciales Domini Regis de Fao.

Item, dixit quod in ista collatione pausat riqushomo ubi vult et maiordomus similiter, et quando maiordomus venerit ibi demandare aliquam calupniam, dabunt illi de pane quod comedat. Item, dixit quod omnes de ista collatione qui voluerint pascere ganatum suum in regalengo de Lapela dabunt singulos franganos et x. x. ova.

Pelagius Albus et Petrus Johannis et Gunsalvus Pelaiz et Petrus Durandi et Johannes Martiniz et Johannes Petri, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Pelagius Johannis, abbas ipsius ecclesie. Addidit etiam iste ultimus testis Johannes Petri quod ipse erat maiordomus Domini Regis et levavit gallinam de illo casali regalengo quia dederunt ei.

Item, in collatione Sancte Marie de Lapela.—Pelagius Johannis, abbas Sancti Salvatoris, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex est patronus istius ecclesie et ipse idem prelatus recipit[2] decimas ipsius ecclesie de Lapela et ministrat parrochianis ipsius ecclesie in spiritualibus et dat Domino Regi annuatim de predicta ecclesia, in festo Sancti Michaelis, j. morabitinum. Item, dixit quod sunt ibi xij. casalia Domini Regis regalenga, quorum tale est forum, scilicet, dant Domino Regi annuatim de pane de secunda terciam partem, et de tritico et leguminibus et lino quartam et de quanto ibi rumperint, et pro festo Sancti Michelis dant singulas gallinas et x.x. ova, et pro Natali Domini singulos quodraziis, et pro festo Carniprivii singulas ragnoadas de cordariis, et pro Pascua singulos caseos cum singulis counis de manteiga et x.x. ovis. Et qui habuerit porcam /[fl. 12 v.º] (paridam dabit lectigam semel in anno, et dant pro loitosa singulos morabitinos, et dant pro directuris singulos almudes de trittico per menssuram de Ratis, et dant pro eyradiga singulos)[3] quartarios, inter se et maiordomum quicumque habuerint[4] ij. modios de pane, et quicumque fecerit casale de novo et voluerit exire de illo vendat illud cuilibet qui[5] faciat hoc forum, et si non vendiderit illud et voluerit ad suum casale tornare, dent ei illud, sed debet ibi relinquere medietatem de palea et de colmo et de stercore, et debent pectare vocem et calumpniam sicut homines de Hospitali, et non debent ire ad vocem nec ad apelidum nisi de Rege. Nullum autem faciunt forum nisi hec, et dicunt se habere fora ista per cartam Domni Martini Fernandi, factam per mandatum Domini Regis. Item, Maria Petri est servicialis Domini Regis de Fao cum filiis suis. Item, dixit quod cauta et onor novus et ame militum non sunt ibi. Petrus Pelaiz et Domnus Alfonsi *(sic)* et Domnus Dominicus et Martinus Johannis et Johannio et Petrus Martiniz et Pe-

[1] **B.** *Falta.* — [2] **B.** recepit — [3] *Vid. p. 1410, col. 1.ª, nota 5.* — [4] **B.** habuerit — [5] **B.** et

trus Petri et Pelagius Petri, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut[1] Pelagius Johannis abbas Sancti Salvatoris.

Nos inquisitores super patronatus jure interrogavimus subscriptos testes juratos ad Sancta Dei Evangelia, et ita deposuerunt: Johannes Martini, canonicus regularis monasterii Sancti Simeonis, juratus et interrogatus cujus erat ecclesia de Lapela, dixit quod erat regalenga Domini Regis et ideo sua. Item, interrogatus si vidit ibi aliquod presentatum per Dominum Regem, dixit quod Domnus Martinus Jejunus, qui[1] tenebat terram, presentavit ibi Petrum Petri clericum ex parte Domini Regis et ipse cantavit et legit cum eo. Domnus Martinus de Ripigiaes idem dixit. Petrus Pelagii et Domnus Alfonsus dixerunt quod audiverunt dicere quod parrochiani de Lapela levaverunt predictum Petrum Petri ad Archiepiscopum Bracarensem qui stetit ibi per tempus et recepit inde decimas sibi.

Item, in collatione Sancte Marie de Stela.—Domnus Silvester, prelatus ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus nec regalengum non est ibi nec honor novus nec vetus, sed est cautum monasterii de Tiviaes, cautatum per patrones, sed nescit a quo vel per quem.

Item, dixit quod forarii Domini Regis de Fao sunt in ista collatione extra cautum, videlicet nepotes cujusdam hominis qui vocabatur Pater Vetulus, et nepotes Pelagii Rubei. Item, dixit quod nullus est ibi qui vadat laborare in regalengo vel in hereditate foraria Domini Regis.

Item, dixit quod in parrochia ista est quidam locus qui vocatur Gonderiz extra cautum et fuit Domini Regis, sed bone memorie illustrissimus Rex Dominus Sancius primus donavit locum illum per cartam suam Domno Petro Salvatoris et ex tunc non habuerunt eum Reges.

Duram Petri et Johannes Dominici et Petrus Durus et Stephanus Pelaiz et Johannes Menendi, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Domnus Silvester prelatus ipsius ecclesie.

Item, in collatione Sancte Marine de Rivo Tinto.—Petrus Petri, juratus et interrogatus, dixit quod Dominus Rex non est patronus. Item, dixit quod regalengum non est ibi nec honor novus, sed est cautum cautatum per patrones Domni Petri Nuni Farlipas et suorum fratum. Item, dixit quod Dominus Rex nichil habet ibi, excepto quod audivit dicere quod quondam in Padrinanes fuerunt v. casalia populata, et erant et sunt Sancti Jacobi de Villa Sicca, et ista casalia sunt extra istud cautum et homines qui ibi morabatur *(sic)* cum judicio malo miserunt se in cautum et depopulaverunt casalia, de quo dabant Domino Regi annuatim singulos medios morabitinos et singulas gallinas. Tunc, abbas Sancti Jacobi de Villa Sicca fecit composicionem suam et plazum suum cum dominis de cauto isto, et iste testis nescit quale est plazum, quia non vidit, sed bene scit et vidit quia abbas Sancti Jacobi de Villa Sicca levat inde totam rationem suam et directuras ab hominibus morantibus[1] in isto cauto qui laborant in dictis casalibus, verumptamen[2] unusquisque laborancium per se facit servicium dominis de cauto.

Item, dixit quod nepotes Petri Alvi de Vilar Chao qui morantur in isto cauto sunt maiordomi Domini Regis de Fao. Item, dixit quod nullus est in cauto qui regalengum Domini Regis laboret. Item, dixit quod homines qui morantur in isto cauto habent hereditates suas in Padrinaes in loco qui dicitur Fornelus et dant Domino Regi annuatim hanc fossadariam, scilicet, iij. varas de bragal et de amadigo militum tolluntur inde x. denarios.

Dominicus Suariz et Johannes Dominici et Pelagius Johannis et Petrus Pelaiz et Petrus Dominici et Pelagius Dominici et Pelagius Stephani, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Petrus Petri.

Item, in collatione Sancti Johannis de Barqueirus.—Johannes Gunsalvi laicus, quia abbas non est ibi, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus et regalengum non est ibi, et de ista collatione dant Domino Regi annuatim de fossadaria, scilicet, de hereditate de Johanino, ij. varas de bragal. Item, de Barqueirus de hereditate Petri de Goyus, j. vara. Item, de hereditate Domne Exemene, j. vara. Item, Domni Vitalis, ij. varas. Item, dixit quod de istis fossadariis tollunt serviciales Domini Regis de Fao, et nescit quantum.

Item, dixit quod illi qui sunt in parrochia ista herdatores, qui debent dare vocem et calumpniam Domino Regi, vadunt morari in honoribus militum et veniunt laborare hereditates suas in ista parrochia, et ita amittit Dominus Rex de illis suum directum. Item, dixit quod aliqui sunt qui morantur in ista parrochia et non habent per quod se defendunt a voce et calumpnia et faciunt servicium alicui militi ut eos defendat et defendit eos, et ita perdit Dominus Rex suum directum. Item, dixit quod milites et ordines nichil acquisierunt ibi de novo et ame militum non sunt ibi nec honor novus.

Fernandus Alfonsi et Stephanus Alfonsi et Pelagius Dominici et Pelagius Pelaiz et Dominicus Johannis, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Johannes Gunsalvi.

Item, in collatione Sancti Michaelis de Pulia.—Domnus Bufardus, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus nec regalengum Domini Regis est ibi, nec honor novus nec ame militum per quos vel per quas Dominus Rex perdat suum directum, sed Pulia cum termino suo[3] est cautum Ecclesie Bracarensis per patrones, sed nescit per quem vel a quo. Item, dixit quod forarii Domini Regis sunt ibi,

[1] **B.** *Falta.*

[1] **B.** omnibus moratoribus—[2] **B.** verumtamen—[3] **B.** *Falta.*

scilicet, Petrus Artarius[1] de Pulia et Petrus de Boys et Petrus de Bayona et Pelagius Dominici, nepos Pelagini de Fonte Mala et soror sua Maria Dominici qui sunt serviciales Domini Regis de Fao.

Item, dixit quod de villa de Paredes /fl. 13 ubi modo sunt xxj. casalia et solebat pectare vocem et calumpniam, ut audivit dicere, sed modo nichil dant nec aliquid dederunt ex illo tempore quo Domnus Martinus Petri Jejunus fecit cambium suum cum monasterio de Varzea[2], et ex illo tempore perdit Dominus Rex suum directum de cambio illo et de aliis multis qui ibi habent casalia

Item, dixit quod in isto cauto sunt iiij.or casalia ordinum et nullum faciunt forum Domino Regi. Item, dixit quod homines sunt in ista parrochia qui laborant in regalengo et in hereditatis[3] forariis Domini Regis, scilicet, Petrus Dominici et Gunsalvus Dominici, fratres, et Menendus et Johannes Menendi et Petrus Dominici de Boys et Domnus Vincencius et Johannes Menendi de Paredes et ipse Bofardo, abbas ipsius ecclesie.

Item, dixit quod homines de Fonte Mala herdatores laborabant in cauto de Pulia et[4], ut dicebant, hereditas patrum et avorum suorum et archiepiscopus bracarensis Domnus Silvester ejecit eos inde per gladium excomunicationis. Item, dixit quod homines Domini Regis de Fonte Mala ibant per cautum de Pulia pro argacio ad mare, ad stercorandas hereditates forarias Domini Regis, et archiepiscopus bracarensis Domnus Johannes Egee prohibuit eis[4] viam illam in dampnum Domini Regis. Item, dixit quod homines de Fonte Mala ibant per istud cautum de Pulia et colligebant[5] ibi ligna ad necessaria sua, et modo non sunt ausi ibi mittere pedem in dampnum Domini Regis.

Domnus Durandus et Domnus Viviam et Johannes Menendi et Domnus Gomecius et Durandus Petri et Johannes Menendi et Johannes Pelaiz et Johannes Menendi Arteiro et Domnus Michael, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Domnus Bufardus abbas.

Item, in collatione Sancti Pelagii de Fao.—Martinus Michaelis, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus et habet ibi regalengum suum, scilicet, xxxiij. casalia, quorum tale est forum, scilicet, dant Domino Regi annuatim de pane et lino et sale terciam partem, et pro directuris de quolibet casali populato dant singulos quartarios tritici per ferratam et singulos almudes tritici per taligam de Barcelus et singulos franganos, et si non habuerit nisi unicam gallinam dabit. Si nichil habuerit, dabit ij. denarios, et si habuerint v. reixelos et ultra dabunt singulas rangnoadas de cordeiro vel in Carniprivio vel in Pasca, et si habuerint porcos dabunt singulos coraziis in Natale Domini, et si non habuerint porcos dabunt ij. ij. denarios, et si habuerint porcas dabunt singulos lectones sed non de primariza. Et si ista casalia vel aliquod istorum casalium fuerit depopulatum, non dabit franganum nec almude tritici nec corazil nec ragnoada[1], et de quolibet casali populato si laboraverit milium, dabunt iij. iij. quartarios per predictam ferradam pro directuris Domino Regi et de residuo milio terciam partem. Sed si aliquis fuerit piscator et venerit ad mare, non dabit directuram de milio, sed dabit terciam partem in ratione, et[2] de quali pane habuerint, de tali dabunt directuras et foros. Forum autem quod faciunt piscatores, hoc est, scilicet, dant Domino Regi de congris et de lacustis et de pexotis quintam partem, et de omni pisce quod capitur retibus dant decimam partem Domino Regi, exceptis sardinis de quibus dant piscatores secundum suam voluntatem et non per forciam. Item, solium et hircum et lampreda primitiva dant omnia ista Domino Regi, si in terra fuerit; sin autem illi qui vices eius tenuerit, de soliis vero et hircibus post primam vicem captis, dabunt medietatem Domino Regi. Lampredas vero quicumque plures mactare voluerit, componat se cum maiordomo ad voluntatem maiordomi, salvo jure ipsius ecclesie Sancti Pelagii. Et de delfinis et tonias vivis et mortuis dant medietatem Domino Regi, excepto si invenerint pisces istos mortuos extra terminum Domini Regis, quia tunc de ipsis nichil dant. De rubeis et de morenis et de pargos dant navaum et de fanegas et de polvos dant de illis ad voluntatem piscatorum.

Item, dixit quod sunt ibi v. casalia monasterii Sancte Marine de Costa que habet per donationem Regum et ipsorum litteris confirmata, que faciunt tam in terra quam in mari tale forum priori de Costa in omnibus et per omnia sicut ista casalia regalenga faciunt Domino Regi. Et sicut crescunt casalia Domini Regis, ita debent crescere casalia de Costa.

Item, dixit quod terminus de Fao incipit in loco qui dicitur Torno in rippa fluvii de Cadavo contra Lapelam, deinde vadit ad Tornozelum, deinde ad Cancelum Veterem quomodo vadit ad Vulpilariam, deinde ad Saxum Vetus quomodo vadit ad Petras Fafiz, deinde ad Vallem de Vilar quomodo vadit ad Petrisqueiram[3], deinde ad Camarnariam de Lacu quomodo vadit in mare.

Item, dixit quod marine non faciunt quia, postquam per judicium malum derelicta fuerunt, nullus compulit eos ut[4] ipsas refficerent. Item, dixit quod terra de Fao non est modo nisi in LXX.a modiis propter triplicem racionem: primo, quia rendatores faciebant servicium illis qui debent rendare locum et faciebant eis amorem in modiis; secundo, quia terre non sunt bene culte, nam quidam laboratores sunt qui fugiunt et alii laboratores sunt qui vadunt laborare terras suas extra terminum; tertio, propter loitosam quam maiordomi accipiunt magnam, quia aliqui sunt qui facerent pinacias et maiordo-

[1] **B.** Arteirus—[2] **B.** Varzena—[3] **B.** hereditatibus—[4] **B.** *Falta.*—[5] **B.** coligebat

[1] **B.** ranoada—[2] **B.** *Falta.*—[3] **B.** *omite as palavras desde* quomodo vadit ad Petras Fafiz *até aqui.*—[4] **B.** ad

mus accipit illas pro loitosa; et ista tria predicta sunt magnum dampnum Domini Regis in tantum quod numquam pro ista terra tam paucos modios dederunt, et si ita fuerit, dabunt cicius pauciores.

Item, dixit quod habet ibi Dominus Rex quebradas, unde dant Domino Regi annuatim terciam partem tocius fructus et de bouza de Gonsalvel dant iij. almudes tritici per taligam de Barcelus, et de quadam casa de monasterio de Costa dant pro quodam exitu j. almude tritici per taligam de Barcelus, et omnes piscarie sunt Domini Regis, excepta piscaria de Medianas ubi Dominus Rex habet terciam partem ipsius fluvii in vena, et ipsa ecclesia Sancti Pelagii duas partes. Item, de foce dant medietatem piscium maiordomo, si presens fuerit, sin autem decimam.

Item, dixit quod de acto quando maiordomus voluerit ire ad Dominum Regem vel ad Vimaranes dant ei piscatores omnes pisces quos ibi ceperint in ipsa hora[1]. Et in illa die omnes qui ibi piscari voluerint post hec non dabunt aliquid de aliis piscibus quos ibi ceperint.

Domnus Giraldus, Petrus Caralit[2], Petrus Dominici Ouvel, Johannes Petri de Triiga, Petrus Chascus, Petrus Diat, Johannes Galeira, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Martinus Michaelis, abbas ipsius ecclesie.

Item, in monasterio de Varzea.—Petrus Johannis, abbas ipsius monasterii, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus, in quo cauto multa aquisierunt milites et ecclesie et ordines postea in dampnum magnum et jacturam ipsius monasterii, et milites de novo faciunt ibi honores et casas suas.

Item, dixit quod de monasterio isto dant Domino Regi annuatim mediam collectam. Item, dixit quod in[3] helemosina Regum, videlicet in fossadariis et in forariis suis que contulerunt monasterio de Varzena, comparaverunt milites ipsas hereditates forarias monasterii et fecerunt ibi casas de novo in destruptionem[4] magnam /fl. 13 v.° ipsius monasterii et forte (pauco tenpore nullus remanebit ibi)[5]. Et milites sunt isti, scilicet, in Mouri Domnus Stephanus de Molnes et Petrus Bravus ibi in Mauri comparaverunt hereditatem et alii multi milites cum eis.

Petrus Johannis prior et Michael Suariz et Pelagius Johannis et Stephanus Laurentii et Domnus Pelagius Martini et Johannes Menendi et Johannes Petri et Martinus Stephani fratres, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Petrus Johannis, abbas ipsius monasterii.

Item, in collatione Sancte Eugenie de cauto de Varzea in villa de Paacoo.—Johannes Amicus, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus sed Dominus Rex habet ibi regalengum suum in leiris et in quebradis, primo in loco qui dicitur

[1] **B.** ora—[2] **B.** Caraliz—[3] **B.** *Falta.*—[4] **B.** destruccionem—[5] *Vid. p. 1410, col. 1.ª, nota 5.*

Igiaens, in quo loco Dominus Rex habet medietatem ipsius terre et herdatores medietatem, excepto loco qui dicitur Injuynda qui est totus herdatorum. Et de regalengo suo, quod[1] hic habet Dominus Rex, dant ei terciam partem panis et nullum aliud forum faciunt nec fecerunt, et hereditas ista est extra cautum de Varzea, et herdatores qui ibi laborant non faciunt de hereditatibus suis forum Domino Regi.

Item, dixit quod locus qui dicitur Pradaindo et locus qui dicitur Sartagees sunt extra cautum et habet in eis Dominus Rex regalenga sua: in Pradaindo, vero a loco qui dicitur Agrela quomodo vadit per ripparium[2] de Poegioso[3] per venam ipsius ripparii usque[4] ad fluvium de Cadavo, habet Dominus Rex medietatem et herdatores medietatem. Et Johannes Petri cum fratribus suis defendunt se per censoriam quandam Hospitali dant quod[5] de hereditatibus quas habent in regalenguis Domini Regis, videlicet, in Igiaens et in Pradaindo[6] quod nullum faciunt forum Domino Regi nec de pane nec de alia re. Et dixit quod ita faciebant et fecerunt patre sui et avi, et de Pradraindo *(sic)* dant Domino Regi de suo terciam partem panis. De loco qui dicitur Sartagees habet Dominus Rex medietatem et herdatores medietatem, et de suo dant Domino Regi annuatim terciam partem panis et omnes isti herdatores morantur in cauto et laborant extra cautum, et de istis predictis hereditatibus nullum faciunt forum Domino Regi.

Item, de ista collatione dant Domino Regi annuatim de fossadaria, scilicet, de quintana que fuit de Nuno Didaci, viiij.[7] varas de bragal. Item, de quintana Petri Didaci Fulbera, v. varas de bragal, et de istis fossadariis tollit quidam clericus et ipsa ecclesia in testamento modo de novo ij. varas et quarta. Item, Domnus Silvester de Vilar solebat dare in ista fossadaria et pro censoria quam dedit Hospitali, et modo sui filii et nepotes dant nichil Domino Regi et predictus Domnus Silvester solebat dare v. varas de bragal.

Dominicus Pelaiz, Martinus Simeonis, Dominicus Menendi, Martinus Petri et Petrus Menendi et Domnus Laurentius et Johannes Petri et Domnus Julianus, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Johannes Amicus, abbas ipsius ecclesie.

Item, in collatione Sancti Georgii de cauto de Varzea.—Stephanus Petri, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus nec est ibi regalengum nec homines istius parrochie vadunt laborare extra cautum in regalengum vel in hereditates forarias Domini Regis, sed Ermigius Moniz fecit modo ibi quintanam de novo ubi nunquam fuit, in maximum detrimentum ipsius cauti.

Johannes Vincentii, Domnus Michael[8], Dominicus Famon et Domnus Pelagius et Martinus Petri et Martinus

[1] **B.** qui—[2] **B.** ripariam—[3] **B.** Poogioso—[4] **B.** vel—[5] *O sentido da frase parece-nos requerer a supressão deste* quod—[6] **B.** Pradraindo—[7] **B.** viij—[8] **B.** Michahelis

Alfonsi, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Stephanus Petri, abbas ipsius ecclesie.

Item, in collatione Sancti Petri de Daes, de cauto de Varzea.—Petrus Menendi, abbas ipsius ecclesie, juratus et interragatus dixit quod Dominus Rex non est patronus nec est ibi regalengum nec homines istius parrochie vadunt laborare extra cautum in regalengum vel in hereditates forarias Domini Regis, sed Petrus Gunsalvi Varazim fecit ibi quintanam de novo ubi nunquam fuit, in maximum detrimentum ipsius cauti. Petrus Gunsalvi et Dominicus Petri et Johannes Pelaiz et Petrus Alfonsi et Gunsalvus Petri et Petrus Vermudi, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Petrus Menendi, abbas ipsius ecclesie.

Item, in collatione Sancte Marie de Mouri, de cauto de Varzea.—Petrus Martini, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus. Item, dixit quod Dominus Rex habet extra cautum quodam regalengum quod vocatur Requeixo, cum suo termino de Rege, et in isto regalengo habet Dominus Rex castinarios et ad[1] omnia loca ad que vadit Domnus Stephanus de Molnes, in Requeixo, vadit[2] Dominus Rex cum illo per medium et nunquam istud regalengum fuit aliter demarcatum, sed laboratores mensurant illud annuatim per varas. De parte autem sua, dant Domino Regi annuatim terciam partem panis et medietatem castanearum. Aliud forum non faciunt nec fecerunt, et homines qui laborant illud sunt de Stephano de Molnes.

Item, multi homines sunt in isto cauto, scilicet, xviiij[3] aut plures qui laborant extra cautum hereditates suas de avoenga, et nullum faciunt forum Domino Regi. Item, dixit quod de quintana de Sauto solebant dare Domino Regi annuatim de fossadaria j. bragal et pectare vocem et calumpniam et dare singulos franganos maiordomo Domini Regis annuatim, sed criaverunt in ea filium Petri Roderici de Pereira et levavit terciam partem ipsius hereditatis, et abstulit inde vocem et calumpniam, et non dant modo Domino Regi annuatim nisi v. varas de bragal in fossadaria.

Item, dixit quod de quintana de Lourido et de quintana dos Silvanos dabunt adjutorium monasterio de Varzea ad collectam Domini Regis, sed Stephanus de Molnes et Petrus Bravus collecti sunt ibi et miseri pectant quod non solebant pectare. Item, dixit quod de hereditate que fuit Johannis Michaelis in Rial dant Domino Regi annuatim de fossadaria j. quartam de vino per mensuram vetulam.

Item, dixit quod forarii Domini Regis non sunt ibi nec aliud de quo vel per quod Dominus Rex perdat directum suum.

Martinus Diaz et Stephanus Menendi et Petrus Fernandi et Petrus Pelaiz et Dominicus Petri et Martinus Petri et Petrus Petri, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Petrus Menendi abbas.

Item, in collatione Sancti Johannis da Guaamir, de cauto de Varzea.—Johannes Menendi, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus. Item, dixit quod parrochiani sui aliqui sunt qui morantur in regalengo de Midoes et, quia illuc morantur, totum forum suum faciunt sicut alii regalengarii. Item, dixit quod nullus est ibi qui laboret extra cautum et moretur in cauto hereditates regalengas seu foraria Domini Regis. Item, dixit quod Petrus Johannis de Gaamir[1] est maiordomus Domini Regis, /n. 14 de (Barcelus de Gontina Menendi et Mayostina.)[2]

Petrus Pasqual et Petrus Johannis et Johannes Petri et Johannes Gunsalvi et Petrus Johannis, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Johannes Menendi abbas.

Item, in monasterio Sancti Salvatoris de Vilar de Frades.—Clemens Johannis, abbas ipsius monasterii, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus sed est cautum cautatum per patrones quod cautavit Dominus Rex Sancius primus Domno Petro Salvatoris et Domne Sancie Martini, uxori sue, et habent de hoc cartas suas. Item, dixit quod de monasterio isto non dant collectam Domino Regi nec partem collecte. Item, dixit quod nullus est in cauto suo forarius Domini Regis. Martinus Petri, Dominicus Laurencii prior ipsius monasterii, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Clemens Johannis[3].

Item, in collatione Sancti Johannis de Arenis, quod est de cauto de Vilar de Frades.—Martinus Johannis, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus nec est ibi regalengum nec forarius Domini Regis. Item, dixit quod nullus est in hoc cauto qui laboret extra cautum in hereditatibus regalenguis vel forariis Domini Regis, preter Petrum Martini qui laborat in regalengo Domini Regis de Penafiel. Menendus Johannis, Stephanus Petri, Martinus de Costa, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Martinus Johannis abbas[4].

Item, in collatione Sancti Martini d Aayroo, de cauto de Varzea.—Petrus monacus, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus nec est ibi regalengum nec forarius Domini Regis. Item, dixit quod nullus est ibi qui vadat laborare extra cautum hereditates regalengas vel forarias Domini Regis.

Suarius Petri filius bonus et Dominicus Petri et Dominicus Suariz, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Martinus Johannis abbas ipsius ecclesie.

[1] **B.** *Falta.*—[2] **B.** *Falta desde* domnus Stephanus—[3] **B.** xviij

[1] **B.** Guaamir—[2] *Vid. p. 1410, col. 1.ª, nota 5.*—[3] **B.** *acrescenta:* abbas—[4] **B.** *acrescenta:* ipsius ecclesie

Item, in collatione Sancte Columbe, de Cauto de Varzea.—Johannes Johannis abbas[1] non est ibi, sed Johannes Petri, parrochianus ejus, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus et dixit in omnibus et per omnia sicut dictum est de parrochia Sancti Martini de Ayroo. Alfonsus Petri et Domnus Menendus, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Johannes Petri.

Item, in collatione Sancti Pelagii de Midoes, de cauto de Varzea.—Domnus Menendus, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus. Item, dixit quod Dominus Rex habet ibi tres casales, et omnes leire et quebrade que ibi erant redacte sunt modo ad ista tria casalia divisate et demarcate. De istis casalibus tale est forum, scilicet, de pane et lino dant Domino Regi annuatim terciam partem, et de vino medietatem, et pro eyradiga et directuris dant vij. vij. taligas inter eos et maiordomum per mensuram de Barcelus. Et vocant maiordomum Domini Regis ad colligendum panem, et prima die kalendarum Madii dant Domino Regi annuatim singulos bragaes, et pro Sancto Michaele alios singulos bragaes, et pro Natale Domini dant singulas spatulas cum castaneis et ovis, et pro Criniprivio[2] dant singulos agnos albos, et pro Pascua dant ij. ij. caseos cum singulis caunis de butiro, et pro pedida de segare dant annuatim iij. iij. solidos. Item, pro Sancto Michaele dant ij. ij. capones cum xx. xx. ovis; nunquam aliud majus forum fecerunt nec faciunt, sed dant de vita quod tenent maiordomo.

Item, dixit quod Dominus Rex habet in ista collatione v. quintanas forarias, scilicet: quintana Petri Gomecii et quintana Suerii Caldo et quintana Petri Galleci et quintana Stephanie de Ripparìo et quintana Stephani Martini. De quintana vero Petri Gomecii dant annuatim Domino Regi, de fossadaria, v. varas et tercia de bragal et unum corazil et j. cabritum et j. gallinam et iij. almudes de vino per mensuram de Barcelus, et si habuerit porcam paridam dabit lectigam semel in anno, et debet preconizari fossatum Domini Regis et debet ire cum maiordomo. Si voluerit pignorari vocem et calumpniam, non pectat nisi iij. Omnia ista predicta fora debet facere quicumque moratus fuerit in dicta quintana Petri Gomecii.

Item, de quintana Suerii Caldo dant Domino Regi annuatim xij. varas de bragal in fossadaria et[3] j. corazil et j. cabritum et j. gallinam et iij. almudes de vino per mensuram de Barcelus, et lectigam si habuerint porcam paridam; et maiordomus de terra de Faria fuit ipse. Item, de quintana de Petro Galleco dant Domino Regi annuatim, scilicet, de fossadaria tres varas de bragal et j. corazil et j. cabritum et j. gallinam et iij. almudes de vino per dictam mensuram, et lectigam si habuerit porca parida. Et fuit maiordomus de Faria et est pressarius, et debet ire pro ipso ganato cum maiordomo Domini Regis et debet ire cum maiordomo pro pulmento ad ricumhominem, et debet preconizari fossatum Domini Regis. Item, quintana Stephanie de Ripparìo facit in omnibus et per omnia sicut quintana de Petro Galleco. Item, de quintana Stephani Martini de Troncaria dant de fossadaria annuatim v. varas de bragal et j. corazil et j. cabritum et j. gallinam et iij. quartas de vino per dictam mensuram et lectigam si habuerit porca parida, et est tronqueiro et non facit aliud forum. Item, de quintana de Baoca dant Domino Regi annuatim, de fossadaria, j. gallinam. Item, de quintana Menendi de Covis, iiij. varas de bragal. Item, dixit quod omnes alii herdatores, excepta quintana de Menendo de Covis[1], vadunt in mandatum cum maiordomo in termino de ipso castello et habent pro foro quod non eant in fossado, sed debent ire cum portario expellere homines de domibus ut eant in fossado per totum terminum ipsius castelli.

Et illi qui morantur in regalengo vadunt in fossado et Menendus de Covis cum illis et dominus terre pausat in Midoes, ubi vult, excepta quintana de Menendo de Covis, et maiordomus pausat ibi ubi vult et dant ei vitam quod habent, excepta ipsa quintana et casalibus regalenguis ubi maiordomus Domini Regis non intrat nisi pro pane et directuris et iiij.^or^ calumpniis. Et quinque dicte quintane non pectant nisi iiij.^or^ calumpnias. Alia vero loca extra cautum pectant vocem e calumpniam.

Item, dixit quod de[2] predictis v.^e^ quintanis forariis Domini Regis, multa sunt jam data ecclesiis et leprosis in testamento et etiam isti ecclesie de Midoes, quarum quintanarum tale est consuetudo quod, si non fecerint predictum forum Domino Regi, reduccantur in regalengum ejus. Et sic est quod alique hereditates de istis forariis redacte et reducte sunt in regalengum Domini Regis. Et[3] ista ecclesia de Midoes acquisivit de eis in testamento et comparavit, videlicet, leiras de agra macenaria et pomarium et leira de Prado et hereditas Sancti Silvestri. Item, dixit quod alius forarius non est ibi. Item, dixit quod morantur herdatores in isto cauto qui laborant extra cautum. Item, dixit quod ame militum non sunt ibi nec honor novus.

Stephanus Martini et Gunsalvus Vermudi et Martinus Menendi et Johannes Petri et Petrus Vermudi et Petrus Gomez, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Domnus Menendus abbas.

Item, in collatione Sancti Laurentii de Alvelus.—Abbas non erat ibi, sed Domnus Michael parrochianus ejus, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus nec habet ibi regalengum nec forarium et non est ibi cautum nec honor novus, sed in Alvelos *(sic)* est honor matris Stephani de Molnes que fuit ibi nutrita, et in hoc loco deffenduntur quinque moratores per ea a voce et calumpnia.

1 **B.** *acrescenta:* ipsius—2 **B.** Carniprivio—3 **B.** *Falta.*

1 **B.** *salta de* Menendi de Covis, *na cláusula anterior, para* vadunt, *nesta cláusula.*—2 **B.** *Falta.*—3 **B.** Et in

Item, dixit quod Martinus Suerii Pachecus fecit honorem novum in hereditate de Alvelus, in loco ubi nunquam fuit.

Item, dixit quod milites et hordines et ecclesia ipsa acquisierunt ibi loca de quibus Dominus Rex perdit directum suum.

Item, dixit quod multa casalia sunt ibi depopulata, de quibus Dominus Rex perdit vocem et calumpniam cum judicio malo de herdatoribus monasterii de Varzea.

Item, dixit quod in honore de Pereira Domni Suerii Petri de Azevedo et sui generis sunt sex casalia in quibus, ut audivit, pectabunt vocem et calumpniam, sed modo nichil dant, nec maiordomus audet[1] ibi intrare quia collegerunt se cum honore, et ista casalia sunt in Remunio Superiori.

Item, dixit quod in termino de Pereiroo est cautum de Hospitali marcatum per petras /[fl. 14 v.º] (et nescit per quem vel a quo. Item, dixit quod herdatores non sunt ibi qui laborent extra parrochiam hereditates)[2] regalengas seu forarias Domini Regis. Item, dixit quod de ista parrochia dant fossadariam Domino Regi annuatim scilicet, de hereditate Pelagii Maatado, ij. varas de bragal. Item, de hereditate Suerii Alfonsi, j. vara. Item, de hereditate Pelagii Louzano, ij. varas de bragal; et Martinus Suarii Pacheca tollit inde j. vara et tercia.

}Item, de hereditate Menendi (Alm)alio, j. bragal de veteri, (et modo) dant Domino Regi annua(tim i)iij. varas et tercia de bragal (et plus) j. denarium, quia ecclesie et clerici (tollun)t inde aliud{[3].

Item, de hereditate Pellagii Telit,[4] ij. varas de bragal et ecclesia Sancti Laurencii tollit inde terciam de una vara de bragal. Item, dixit quod homines de Redomoyno Superiori dant fossadariam militibus et non Domino Regi.

Item, dixit quod in tota Pereira preter in Caracoy qui erat honor, ut audivit, intrabat maiordomus Domini Regis ubicumque volebat, et modo non mittit ibi pedem propter milites. Item, dixit quod ame militum non sunt ibi, preter Domnus Michael qui nutrivit filium Domni Stephani de Alvelus et preter Martinus Suerii qui moratur in hereditate in qua nutritus fuit alius filius Stephani de Alvelus et deffendunt se per eum Martinus Suerii et Domnus Michael de Arca, et Johannes Menendi et Petrus Suariz, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut primus.

Item, in collatione Sancti Andree de Mareces.—Stephanus Petri abbas non erat ibi, sed Domnus Silvester parrochianus ejus, juratus et interrogatus, dixerunt *(sic)* quod Dominus Rex non est patronus, sed habet ibi regalengum, scilicet, solebat habere Dominus Rex duo casalia regalenga in heremita Sancti Michaelis de Igiaes }(et in) ista heremita habet Dominus Rex tres partes{[3]. Sed dixit quod Dominus Rex Sancius primus dedit illa Pelagio Massa de criatione sua, et ipse Pelagius Massa testatus fuit illa Hospitali.

Item, dixit quod Dominus Rex habet ibi leiras regalengas, et dant de illis terciam partem panis et ambulant cum alio regalengo Sancti Pelagii de Carvaliar; et iste leire non sunt nisi due, quarum una jacet in leiris de Lemaes et altera in termino de Fonteelas, et de una leira regalenga de Rial dant Domino Regi annuatim quintam partem panis.

Item, dixit quod de casali Sancti Pelagii de Midoes quod est super stratam pectant vocem et calumpniam et pedidam et gallinam de foro, et sic solebant facere in ipsa parrochia, ut audivit, et modo non pectant, propter Domnus Martinus Petri Jevinus qui tenebat terram et collectus fuit ibi a Domno Silvestro et a Petro Barba, et ex tunc perdit Dominus Rex directum suum.

Item, dixit quod de ista parrochia dant fossadariam Domino Regi annuatim, scilicet, de hereditate Munionis Petri ij. varas et media de bragal, sed de veteri fuit medium bragal et tollunt inde ecclesie j. vara de bragal. Item, de quintana Pelagii Grande, xviij denarios. Item, dixit quod forarius Domini Regis non est ibi nec ame militum nec aliquis honor novus. Item, dixit quod in Barcelinos pectant vocem et calumpniam ad forum de Barcelus.

Michael Petri, Dominicus Petri, Petrus Silvester, Petrus Petri, Johannes Martini, Domnus Silvester, Johannes Petri, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Domnus Silvester.

Item, in collatione Sancti Jacobi de Molnes.—Martinus Menendi, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus nec habet ibi regalengum, sed sunt ibi herdatores et faciunt servicium Domino Regi annuatim, scilicet, de quintana de Mendeiro cum fratribus suis, primo die kalendarum Madii, j. bragal, et pro Natale Domini j. spatulam cum castaneis vel j. gallinam[1], et pro Carniprivio j. cabrito et feria iij.ª unus de ista quintana vadit ad castellum de Faria ad servicium, si vocatus fuerit ipsa die, videlicet, qualibet feria iij.ª

Item, de quintana Gunsalvi Gunsalvi cum sua germanitate dant j. bragal de foro. Item, de quintana Pelagii Pelagii cum sua germanitate dant j. bragal et j. spatulam de viiij. costis cum castaneis vel j. gallinam et dant j. cabritum. Item, de quintana de Maria Bela dant j. spatulam cum castaneis, vel [j.] gallinam et j. cabritum. Item, de hereditate de Domna Eyo dant ij. varas minus tercia de bragal. Item, de quintana Gunsalvi Onriz cum sua germanitate, j. bragal et j. spatulam cum castaneis vel j. gallinam et dant j. cabritum, et de ista quintana vadit ad castellum de Faria in quacumque feria iij.ª [si] vocatus fuerit. Item, de quintana de Martinel[2], ij. varas de bragal et j. caponem et j. gallinam, et similiter vadit

[1] **B.** audat—[2] *Vid. p. 1410, col. 1.ª, nota 5.*—[3] *Vid. p. 1413, col. 2.ª, nota 1.*—[4] **B.** Teliz

[1] vel j. gallinam, *entrelinhado.*—[2] **B.** Martnel

ad castellum. Et homines qui habitant in Vilar pectant vocem et calumpniam et dant vitam maiordomo qualem habent, et de his omnibus foris predictis nichil ad presens percipit Dominus Rex, quia Domnus Stephanus de Molnes dicit quod tenet illam in prestimonio a Domino Regi Sancio ij.°

Item, dixit quod majus forum non faciunt nec fecerunt nec sunt ibi alii forarii Domini Regis nec ame militum nec honor novus, sed Molnes est honor vetus tamen.

Johannes Pelaiz et Martinus Dominici et Johannes Dominici et Stephanus Petri et Dominicus Johannis et Petrus Petri, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Martinus Menendi abbas.

Item, in collatione Sancte Marine de Ramili.—Petrus Johannis, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus, sed dant ei de foro annuatim de ipsa ecclesia, pro censoria, ij. bragaes in die Sancte Marine. Item, dixit quod non est ibi regalengum nec cautum nec forarius aliquis nec ame militum, preter Domna Aragunti et Johannes Suerii, maritus suus, qui nutriverunt Laurentium Stephani de Molnes, et defenduntur per illum iiij.or

Item, Maria Cavaleira collegit Stephanum Petri de Molnes pro filio, et defendit se per eum. Item, Stephanus Martiniz nutrit modo filiam Fernandi Stephani militis, datam sibi a Domno Johanne Corrigia. Item, Martinus de Fonte collegit modo Martinum Dade pro filio. Item, Pelagius de Alvelus collegit Stephanum de Molnes pro filio et dat in censoria annuatim iij. alqueires de cevada et j. gallinam. Item, Petrus Laurentii et Domnus Andreas collegerunt Laurentium Stephani Molnes pro filio. Item, Martinus Ferro collegit Johannem Corrigia pro filio. Item, Menendus Gunsalvi collegit Johannem Corrigia pro filio. Et omnes isti defendunt se per milites istos, quidam a fossadariis et quidam a voce et calumpnia.

Item, dixit quod omnes calumpniarii dant singulas gallinas maiordomo Domini Regis et vitam qualem habuerint, sed multam de his perdit Dominus Rex per istos amadigos, et si ita fuerit, cito perdet totum.

Item, dixit quod de ista parrochia dant fossadariam Domino Regi annuatim, scilicet, de hereditate de Portela, ij. varas de bragal de veteri, sed Stephanus de Molnes tollit inde j. quarta de vara, quia ibi collectus fuit. Item, de hereditate de Sovereiro, de veteri, j. bragal, sed tollit inde ecclesie j. vara et quarta.

Item, de hereditate Suerii Menendi medium bragal et tollit inde Domnus Stephanus viiij.° denarios quia comparavit ibi. Item, de hereditate de Marrefes, de veteri, medium bragal et j. gallinam, sed modo non dant nisi j. varam de bragal quia Johannes Rex miles comparavit ibi, et ex illo tempore amisit Dominus Rex in illo loco vocem et calumpniam et fossadariam istam.

Martinus Petri de Fonte et Martinus Johannis et Dominicus de Portela et Petrus Menendi de Via et Dominicus de Quintana, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Petrus Johannis, abbas ipsius ecclesie.

Item, in collatione Sancti Salvatoris de Pereira.—Petrus Laurentii, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus nec habet ibi regalengum nec forarius Domini Regis, sed dicit quod tota ista parrochia est honor vetus Domni Petri Pelagii alferaz. Item, dixit quod nullus est ibi qui laboret extra honorem istum hereditates regalengas vel forarias Domini Regis. Item, dixit quod honor iste non amplius extenditur quam fuit ab antiquo.

Petrus Dominici et Johannes Menendi et Petrus Roderici et Domnus Silvester et Durandus Suariz, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Petrus Laurentii abbas ipsius ecclesie.

Item, in collatione Sancti Salvatoris de Silveirus.—Stephanus Suerii, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus nec habet ibi regalengum, et dixit quod in Silveirus solebat intrare maiordomus Domini Regis, ut audivit, sed quando Domnus Martinus Fernandi tenebat Fariam, incautavit /fl. 15 ipsam villam et ex tunc non ausus fuit ibi intrare. Item, dixit quod in casali qui dicitur de Carreira solebant pectare vocem et calumpniam, et ex quo ibi nutrita fuit filia Petri Menendi Faveiro nichil dederunt, nec maiordomus Domini Regis non intrat ibi. Item, dixit quod Petrus Gravel cum uxore sua Domna Ouroana comparavit hereditates dos Maadinos, ut audivit, qui erant herdatores ipsius ville, et ex tunc maiordomus non misit ibi pedem. Item, dixit quod nescit per quem locum vel per que loca est honor iste divisus, et nescit quantus est. Item, dixit quod nullus est ibi qui laboret extra hereditates forarias vel regalengas Domini Regis. Item, dixit quod Johannes Goterri collegit pro filio filium Domni Petri Roderici. Item, dixit quod cautum et forarii Domini Regis non sunt ibi.

Johannes Goterri et Petrus Martini et Petrus Petri carpentarius dixerunt in omnibus et per omnia sicut abbas. Johannino juratus et interrogatus dixit sicut abbas. Addit[1] etiam quod vidit propriis occulis maiordomum Domini Regis, nomine Menendum Tyna, intrare in dicto casali de Carreira.

Sueyrino[2] dixit in omnibus sicut abbas. Addit etiam quod scit quando maiordomus intrabat in predicto casale de Carreira, et scit quando Petrus Gravel cum uxore sua Domna Ouroana comparaverunt predictas hereditates.

Item, in collatione Sancti Pelagii de Bastugio.—Menendus Martini, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus et habet ibi Dominus Rex regalengum in leiris, scilicet, in cima

1 **B.** Addidit—2 **B.** Sueirinus

de Bouzoos iij. leiras. Item, in casali qui dicitur de Alem, j. leiram. Item, in loco qui dicitur Cacavelus, iiij. leiras et ij. paradenarios cum una vite. Item, in Linar Chousendi, j. leiram. Item, in Cepa Grelaa j. leiram. Item, in Parameira, j. leiram. Item, }in Lamas Frias, j. leiram{ [1].

Item, in moula de Corredoira, j. leiram. Item, na Parameira, j. leiram [2]. Item, in Paramioo, iij. leiras. Item, in Petra de Agro Dirizo, ij. leiras. Item, in Vilar, j. leiram. Item, in Revordelo antros outeiros, iij. leiras. Item, in Requeixo, j. leiram. Item, no casal da Parameira, j. vinea. Item, in Petris, j. leiram. Item, in Petra de Paoes in agra Sancti Felicis, j. leiram. Et iste leire predicte sunt bene divisate et demarcate et de omni fructu illarum dant Domino Regi annuatim terciam partem.

Item, dixit quod de Cacavelus dant Domino Regi annuatim de foro, pro festo Sancti Johannis, j. taligam de centeno per mensuram Bracarensem et j. frangao cum x. ovis, et pro Sancto Martino, j. alqueire de castaneis viridibus et j. alqueire de vino per eandem mensuram, et dant pro Natale Domini j. spatulam de xij. costis, qualem habuerint sine pede cum j. denaria, et dant pro Carniprivio j. cabrito et pro Pascha j. caseum cum x. ovis, et pro Januario dant de fossadaria iij. varas de bragal.

}Item, de quintana dos San(denos) dant Domino Regi annuatim d(e foro) pro Sancto Johanne j. taligam de cente(no per) mensuram Bracarensem et j. fran(gao) cum x. ovis, et pro Sancto Martino, j. (alqueire) de castaneis viridibus et j. alqueire de (vi)no, per eandem mensuram, et pro (Natale Domini), j. spatulam de xij. costis cum (j. denario) sine pede, et pro Carniprivio j. ca(britum) et pro Pascha j. caseum cum x. o(vis) et pro Januario iij varas de bra(gal){ [3].

Item, dixit quod de hereditate que fuit de Maria Petri de Caschigonda simile forum faciunt Domino Regi annuatim in omnibus et per omnia sicut Cacavelus, excepto quod non dat vinum, et dat pro eo x. ova; et de istis hereditatibus, si omnia predicta fora non fecerint Domino Regi annuatim, Dominus Rex accipiet eas sibi.

Item, dixit quod in Cacavelus, de hereditate Ousendine, dant Domino Regi annuatim de fossadaria ij. solidos. Item, de hereditate Domne Durancie in Parameira mediam varam de bragal cum sua germanitate. Item, de hereditate de Cao cum sua germanitate mediam varam de bragal. Item, dixit quod de predictis omnibus non faciunt majus forum, nec fecerunt. Item, dixit quod cautum et forarii Domini Regis et honor novus non sunt ibi et ame militum similiter, excepto quod Pascasius modo nutrit de novo filiam Johannis Diguiladi. Item, dixit quod in ista parrochia intrat maiordomus et pectant vocem et calumpniam. Item, dixit quod vocant maiordomum Domini Regis ad colligendum panem de leiris regalenguis et partem Domini Regis debent ducere ad locum qui dicitur Rio de Porto et non amplius. Item, dixit quod de eira de Parameira dant Domino Regi annuatim, in censoria, j. alqueire de pane per mensuram de Bracara.

Petrus Calvus et Domnus Pascasius et Pelagius Petri et Stephanus Pelaiz et Petrus Johannis, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Menendus Martiniz abbas.

Item, in collatione Sancti Romani de Fonte Cooperta.— Dominicus Suerii, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus, nec habet ibi regalengum nec cautum nec forarium nec est ibi honor novus, sed Martinus Gunsalvi miles quondam acquisivit in Nespereira hereditate de amadigo et fecit ibi domum, et filii sui vendiderunt eam Petro Homini militi, ut audivit, et deffendunt se per hoc duo homines, excepto loco suo. Item, dixit quod in loco qui dicitur Devesa deffenduntur quicumque ibi habitaverint quia, ut audivit, fuit cujusdam militis et dedit illam in testamento suo. In aliis locis istius parrochie, si fuerint populata, intrat maiordomus et pectant vocem et calumpniam, sed non sunt populata propter malefectorias, et quia est terra devassa, colliguntur ad istos honores predictos et laborant istas hereditates calumpniarias Domini Regis.

Item, dixit quod de ista parrochia dant annuatim Domino Regi in fossadaria, scilicet, de Nespereira j. bragal et j. solidum. Martinus Suariz et Dominicus Johannis et Domnus Durandus et Petrus Casadus et Domnus Julianus et Martinus Dominici, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Dominicus Suerii abbas.

Item, in collatione Sancti Johannis de Silveirus.— Domnus Giraldus, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus, nec habet ibi regalengum nec cautum nec forarii nec honor novus sunt ibi, sed est ibi cautum Sancte Eolalie de Rio Covo et honor vetus Domne Tarasie Martini. Item, dixit quod duo casalia sunt ibi Sancti Romani et quia se non poterant deffendere a voce et calumpnia, nutriverunt ibi filiam Domni Petri Roderici et, sicut per hec et per alia, in tota ista parrochia non intrat maiordomus. Item, dixit quod nullus est ibi qui extra laboret hereditates regalengas seu forarias Domini Regis.

Stephanus Petri, Johannes Suerii et Pelagius Martini et Petrus Pelaiz et Dominicus Martiniz, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Domnus Giraldus abbas.

Item, in collatione Sancti Martini de Carvalias.— Johannes Menendi, capellanus ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus nec habet ibi regalengum nec forarium nec cautum nec est ibi honor novus nec ame militum, preter Petrum de Lama qui nutrivit quandam filiam Stephani Petri de Alvelus, et Martinus Rial qui nutrivit filiam Laurencii

[1] *Acrescento marginal.*—[2] **B.** *omite esta verba.*—[3] *Vid. p. 1413, col. 2.ª, nota 1.*

Petri de Chorenti[1], et preter Johannem Petri de Portela qui nutrivit filiam Johannis Fernandi Zocorino modo noviter, et in alio casali de Protela *(sic)* nutriverunt filiam Petri Ermoso, et in casali de Outeiro nutriverunt modo noviter filias militum, et ita non remanent nisi duo casalia aut tria calumpniaria Domino Regi, cum de omnibus istis solebant pectare vocem et calumpniam et singulas gallinas maiordomo et vitam qualem habebant et pedidam per tres vices in anno, secundum quod componebant se cum maiordomo, sed numquam excesserunt ij. solidos.

Item, nullus est ibi qui laboret hereditates regalengas seu forarias Domini Regis, nec fossadarie sunt ibi. Pelagius Bagalias, Martinus Johannis, Johannes Martiniz, Martinus Rial, Petrus de Lama, Menendus Petri, Pelagius Dominici, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Johannes Menendi cappellanus.

Item, in collatione Sancti Petri de Saa.—Petrus Dominici, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non /fl. 15 v.º est patronus, sed habet ibi regalengum et de veteri fuerunt vj. casalia que fecit ibi fieri Domnus Martinus Fernandi, sed omnia modo redacta sunt in leiras et quebradas divisas et demarcatas per loca assignata, scilicet, campus qui vocatur Brandiam, cum sua defesa per circuitum; et istum campum dedit Martinus Martiniz judex ad plantandum per mandatum Domini Regis ad tale forum, scilicet, de vino dant Domino Regi annuatim terciam partem, et per eyradigam j. sextarium per mensuram Bracarensem, et pro derectura ij. capones et xx. ova. Item, circa istum campum est alia leira parvula, que data est similiter ad plantandum et debet dare terciam partem vini et unum franganum cum x. ovis pro directura, et pro eyradiga j. alqueire de vino per mensuram Bracarensem, et nec vinum nec panem debent alicui portare. Item, in Pedregal, j. leira. Item in Borreiro j. leira. Item, in Bouzas, iiij. leire. |Item, in Varzeelas j. leira. Item, in eira[2] de Ferrageal j. leira. Item, in Estrandeiras, j. leira|[3]. Item, in Soutelo, j. leira. Item, in agro Johannis Petri, j. leira. Item, in Sule, quomodo jacent inter ambas aquas. Item, in cima de Trassaa, j. leira. Item, super carreira de Tumbo ad sursum, j. leira magna. Item, in Nabaelio, de Exarrugueiro usque ad viam, j. peza. Item[4], pomar d Onego totus. Item, in pumar[5] de Campo, j. leira. Item, in Lamas, j. leira. Item, in chouso de Lamas, j. leira et de medio dant terciam[6] et de medio quartam[6]. Item, in Nabaelio, j. leira. Item, in Fogiaco[7], j. leira. Et de omnibus istis leiris dant Domino Regi annuatim terciam partem tocius fructus, et pro directura omnes quicumque ibi laboraverint dant singulos capones et x. x. ova, et pro eyradiga de quolibet quartario j. alqueire. Item, in Linares, j. leira de qua dant terciam partem panis, et pro directura, j. cabritum pro Pascha, et j. alqueire de eyradiga. Item, in loco qui dicitur Agro est unum chouso duorum hominum et dant de illo Domino Regi terciam partem vini et j. almude de eyradiga et j. caponem cum x. ovis. Item, de Bouza Subelga[1] dant quartam Domino Regi, quia est arrotea, et /fl. 15 v.º de omnibus arroteas[2] in Saa dant Domino Regi quartam partem. Item, in Lamas, j. leira quam tenet Domnus Thome et dant de illa quartam partem.

Item, hic sunt leire de quibus dant Domino Regi annuatim medietatem tocius fructus, scilicet, in Pomares, ij. leire. Item, cortinale de Trassaa, quod est interius et exterius rigatum ab aqua. Item, vinea de ferrageal, de qua preter medietatem fructus dant j. caponem cum x. ovis et j. almude de vino de eyradiga. Item, sub rigo de Nabaelio totum de medietate. Item, in Nabaelio de Exurrugueiro[3] usque ad chousum de Lamas, totum est demedium. Item, in Lourido, j. leira. Item, Senra[4] de Zado, ubi sunt vj. leire et milites laborant inde iiij.or et tollunt inde capones et ova annuatim. Item, in Bouza j. leira. Item, in Lamas, j. leira. Item, super via de Tumbo ad deorsum[5], totum. Item, in Latengia, j. leira. Item, totum casale de Seco et omnes quicumque ibi laboraverint, quantulumcumque laboraverint, dant preter rationes suas singulos capones cum x. x. ovis. Item, dixit quod de castaneis dant medietatem, et cito nichil dabunt, quia prestamarii terre destruunt fere omnes soutos. Item, de leira de Lourido dant Domino Regi annuatim j. almude in censoria. Item, de eira de Padrizim dant quartam partem panis et j. franganum.

Item, dixit quod casalia ideo non sunt populata quia hoc est maior[6] utilitas Domino Regi[7]. Item, dixit quod in ista collatione pectabant vocem et calumpniam, ut audivit, et de[6] quolibet homine singulas gallinas, sed Hospitale acquisivit ibi hereditates in testamento, quarum occasione alii villani parrochie dederunt censorias suas aut redditus[8] aliquos per quos essent defensi; et sic factum est quod in tota[9] parrochia non pectant vocem et calumpniam, nec dant aliquid Domino Regi nisi de duobus paradenariis, ij. gallinas, et etiam Hospitale multum tollit modo de fossadaria. Item, dixit quod de ista parrochia dant Domino Regi annuatim fossadariam, scilicet, de hereditate Menendi Johannis cum germanitate sua v. varas de bragal. Item, de hereditate Dominici Menendi et Martini Menendi, iij. varas de bragal et abbas ipsius ecclesie tollit inde quartam de vara. Item, de hereditate Sancie Gunsalvi, iij. varas de bragàl.

Item, de hereditate que fuit Elvire Pelagii de Outeiro, ij. varas. Item, de hereditate do Barrial[10], Elvira Menendi cum sua germanitate, j. vara. Item, de hereditate de Outeiro de Domna Gontina, ij. varas. Item, ipsa Domna Gontina dat de hereditate de villa xj. denarios. Item, de hereditate de Padrazim, ij. varas et quarta. Item, de hereditate de Saa de Villa Giraldo cum sua germanitate, iij.

[1] **B.** Choronti—[2] **B.** leira—[3] *Escrito na margem do fólio.*—[4] **B.** Item in—[5] **B.** pomar—[6] **B.** *acrescenta:* partem—[7] **B.** Fugiaco

[1] **B.** Sobelga—[2] **B.** arroteis—[3] **B.** Exurugueiro—[4] **B.** Senrra—[5] **B.** ad eorsum—[6] **B.** *Falta.*—[7] **B.** Domini Regis—[8] **B.** *acrescenta*: suos—[9] **B.** totam—[10] **B.** Barral

varas. Item, de hereditate Andree zapateiro, quam comparavit Johannes Johannis, j. vara. Item, de hereditate do Barial Johannis Menendi et Suerii Petri, j. vara et ecclesia tollit inde nonam partem. Item, de hereditate de Saa Sancia et Marnela, j. vara, et Martinus Laurencii de Cunia tollit inde sextam partem. Item, de hereditate de Petro Venegas, j. vara. Item, de hereditate Johannis Petri et Domne Gontine, j. vara. Item, de hereditate de Mangioes, iij. varas. Item, de hereditate Marie Garcie, ij. denarios. Item, dixit quod in ista parrochia est pausa de ricohomine et dant maiordomo de eyris de quali vita habent. Item, dixit quod forarius Domini Regis non est ibi.

Dominicus Pelaiz et Petrus Pelaiz et Martinus Menendi et Gunsalvus Martini et Stephanus Suariz et Dominicus Martiniz, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Petrus Dominici abbas.

Item, in collatione Sancti Jacobi de Ciquiavy.—Petrus Menendi, capellanus ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus, sed habet ibi regalengum in leiris, scilicet, in Pomedelo, j. leiram. Item, in agro de Pena, j. leiram. Item, in Linar quomodo venit ad pozam de Redondelo habet Dominus Rex quartam partem ipsius campi. Item, in Alviti, j. campum cum sua defensa. Item, in casali Domne Orrace Alfonsi jacet quedam hereditas, et est quarta pars Domini Regis. Item, de tota senra et de tota erada, quomodo partit per castinarium de presa et per corrogum[1], est quarta pars tocius hereditatis Domini Regis. Item, in Fogioo, j. campum cum suo sauto. Et de omnibus istis leiris predictis bene marcatis et divisatis dant Domino Regi annuatim terciam partem tocius fructus excepto quod de castaneis dant medietatem et de Alviti dant quartam partem panis.

Item, dixit quod de campo quod est ante portam Martini Godini, cum sua eyra et cum suo sauto, et de omnibus que ibi sunt habet Dominus Rex octavam partem. Item, dixit quod quicumque laboraverit in Pomadelo dabit de directura j. caponem et x. ova, et vocant maiordomum Domini Regis ad colligendum panem. Item, dixit quod non intrat ibi maiordomus, qui *(sic)* est honor vetus Gunsalvi Pelagii militis. Item, dixit quod de ista collatione dant Domino Regi annuatim de fossadaria, pro Januario, scilicet, de quintana Domni Silvestris cum germanitate sua, v. varas de bragal. Item, de quintana Johannis Alfonsi, j. varam de bragal. Item, de quintana Menendi Rial, ij. varas de bragal et sacat Petrus Menendi clericus iij. denarios. Item, de hereditate dos Merolios, ij. varas et media.

Item, de hereditate Martini Godini, iij. varas de bragal, et tollit inde clericus quartam partem. Item, de ista fossadaria sicut fuit ab antiquo tollunt inde multi milites et Hospitale et ipsa ecclesia. Item, dixit quod forarius Domini Regis non est ibi. Item, dixit quod, ut audivit, solebat ibi intrare maiordomus, sed modo non mitit ibi pedem propter milites.

Johannes Alfonsi et Petrus Martini et Martinus Petri et Martinus Pelaiz et Pelagius Suariz, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Petrus Menendi capellanus.

[1] **B.** corregum

Item, in collatione Sancti Pelagii de Carvaliar.—Vincentius Silvestris, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus, sed habet ibi regalengum, scilicet, j. casale ab antiquo et modo jacet in leiris et in devesa, scilicet, in Vila Chaa in devesa, iij. leire. Item, in Corviti, j. leira. Item, in Rabada, j. leira. Item, in Linar, j. leira. Item, in Bouza, j. leira. Item, sub casis, j. leira. Item, sub vallo de Agro Dooyro, j. leira. Item, in Framiam, ij. leire, cum sesega de molendino. Item, circa molendinum, ex alia parte, j. leira. Item, de casali de Petro, quomodo vadit ad ripparium, est medietas Domini Regis. Item, medietas de terreno de Marnota et medietas de terreno de Manualdi. Item, in Spinario, j. leira, et dant Domino Regi annuatim terciam partem tocius fructus et vocant maiordomum ad colligendum panem, qui dat eas ad laborandum pro sua offrecione.

Item, dixit quod factum est ibi quodam molendinum de novo, et[1], ut audivit dicere, est factum in regalengo Domini /[fl. 16] Regis, et fecit illud Petrus Maurus pro monasterio de Balneo. Item, dixit quod omnes qui jacent extra cautum, ut audivit, solebant dare maiordomo singulas gallinas et vitam qualem habebant et pectare vocem et calumpniam, et in Portu Carrario et in Medaos similiter, et modo nichil dant nec faciunt Domino Regi, propter Domnam Mariam Suerii et filios suos, et propter albergariam de Barcelus. Et modo de novo in Villa Chaa (vidit ibi nutrire duas filias domni Stephani de Alvelus et ex tunc de tribus casalibus que sunt in Villa Chaa)[2] arripuit fugam maiordomus Domini Regis.

Pelagius Michaeliz[3] et Domnus Durandus et Suarius Suariz, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Domnus Vincencius. (Dominicus Pelaiz et Johannes Johannis, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Domnus Vincencius)[2]. Addiderunt etiam quod ipsi viderunt propriis occulis, in loco ubi factum est illud molendinum novum, unum marcum de petra et dicebant quod erat Domini Regis, |et ita videtur eis quod molendinum debet esse Domini Regis|[4].

Item, dixerunt omnes quod est ibi paradenarium Domini Regis, in quo solebat morari homo qui laborabat predictum regalengum.

Item, in collatione Sancti Michaelis de Carraria.—Johannes Petri, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus, sed

[1] **B.** *Falta.*—[2] **B.**, *por lapso de cópia, omite o que vai entre paréntesis.*—[3] **B.** Martini—[4] *Acrescento marginal.*

habet ibi regalengum, scilicet in Pousada, j. vessada, de qua dant Domino Regi annuatim in censoria vj. taligas de milio per mensuram de Ratis, sive habeant sive non. Item, dixit quod est ibi cautum cautatum per patrones. Item, dixit quod non est ibi honor novus, nec forarii Domini Regis preter in Pousada non sunt ibi. Petrus Gunsalvi et Dominicus Gunsalvi fratres, qui debent esse maiordomi de foris, quos in ipsa villa habet Dominus Rex, |et similiter omne genus de Sueri(o Gou)viiz et debent habere de f(oro) iij. codraziis et iiij.... et quarta de bragal de homi(nibus) assignatis|[1], in qua villa talia habet fora Dominus Rex, scilicet, de hereditate que est Petri Gunsalvi cum sua germanitate dant annuatim ij. spatulas decem decem costarum et ij. quartos de vino per mensuram de Ratis, et vj. mondas de pane centeno, quales facit rusticus in domo sua, et pro Januario dant de fossadaria j. bragal, et dant alium bragal de fossadaria cum Petro Suariz, et dant alium bragal cum hominibus de Fonte, et pro Carnipridio *(sic)* j. cabrito cum ipso Petro Suariz, et ipso die j. cordarius albus cum germanis suis. Item, pro festo Sancti Johannis, j. morabitinum de quitatione quod non dent aliud recabitum, et ipso die dant iiij.^{or} mondas similes predictis, cum uno frangano, et ipso die dant alias iiij.^{or} mondas et j. franganum cum Petro Suariz. Item, dixit quod de quintana que fuit Menendi Tina[2] dant in vigilia Natalis Domini j. spatulam et pro Carniprivio j. cabrito et pro Sancto Johanne ij. mondas de pane et j. franganum (et de fossadaria j. bragal cum germanitate sua. Item, de quintana de Fonte dant in vigilia Natalis Domini j. spatulam et ij. mondas et pro Carniprivio j. cabrito, et pro Sancto Johanne ij. mondas de pane et j. franganum)[3]. Item, de quintana Suerii Capelo dant j. spatulam et iij. mondas de pane et j. quartum de vino per mensuram de Ratis et j. cordeiro, et pro Sancto Johanne iiij.^{or} mondas et j. franganum, et pro Januario, de fossadeira, j. bragal et ij. varas de bragal. Item, de quintana dos Cachos in Sobradelo dant in omnibus et per omnia sicut quintana Suerii Capelo, excepto quod non dant nisi j. bragal de fossadeira. Item, de Nespereira dant j. bragal. Item, dixit quod omnes de Pousada et de Sobradelo dant conjuntim annuatim Domino Regi, pro Sancta Maria Augusti, vj. taleigas de tritico per mensuram veterem quam tenent. Item, omnes homines de istis duobus locis dant Domino Regi annuatim ij. ij. solidos de pedida per tres vices in anno, exceptis maiordomis ipsius loci, cum germanitate sua. Item, de omnibus fogos qui ibi sunt dant Domino Regi annuatim, pro festo Sancti Michaelis, singulos franganos, excepta quintana maiordomorum. Omnes istos foros predictos debent fieri Judicatui de Vermuy, et dant loitosam modo singulos morabitinos per forciam, sed solebant prius dare loitosam sicut dant in Pradaoso et in Lemini, et pectant vocem et calumpniam sicut ipsi. Item, dixit quod in

[1] *Vid. p. 1413, col. 2.ª, nota 1.*—[2] **B.** Tinia—[3] **B.** *omite, por lapso de cópia, o que vai entre parêntesis.*

Pinalvao dant Domino Regi annuatim de fossadaria ij. varas de bragal. |Item, de Pegeirus, de fossadaria, ij. (taligas de milio)|[1]. Item, de hereditate de Varzea, iij. varas de bragal, et iste fossadarie sunt de Faria. Item, dixit quod in ista parrochia non intrat maiordomus, preter in Pinalvao et in Portela propter cautum quod est ibi ipsius ecclesie, et honores veteres. Item, dixit quod in his omnibus locis majus forum non faciunt nec fecerunt. Item, dixit quod nullus est in cauto vel in honoribus istis qui laboret extra hereditates forarias sive regalengas Domini Regis.

Pelagius Gunsalvi et Petrus Suariz et Dominicus Vincentii et Suerius Oonriz et Petrus Gunsalvi et Dominicus[2] Gunsalvi[2] et Suerius Johannis, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Joannes Petri abbas.

Item, in collatione Sancti Salvatoris de Combooso.—Johannes Petri clericus, juratus et interrogatus, dixit quod Dominus Rex non est patronus, sed habet ibi regalengum bene divisatum et demarcatum, scilicet, circa locum qui dicitur Macenaria est una magna peza regalenga, de qua dant terciam partem panis et pro directura j. taligam de pane per mensuram de Ratis, et ij. capones cum xx. ovis. Item, in Spinario, j. leira et super ribas, j. leira, de quibus dant Domino Regi annuatim terciam partem panis et vocant maiordomum Domini Regis ad colligendum panem. Item, dixit quod de ista collatione dant Domino Regi annuatim de fossadaria, scilicet, de hereditate Pelagii Gunsalvi, j. vara de bragal minus octava. Item, de quintana de portis de Ousenda, j. vara et media de bragal, et ista quintana est calumpniaria Domini Regis, sed nolunt populare illam et dant hereditates ad laborandum. Item, est ibi quoddam casale de Nini et est pausa de maiordomo. Item, est ibi quoddam casale Sancte Eolalie de Rio Covo et, ut audivit, dabat annuatim Domino Regi gallinas de foro. Item, dixit quod cautum non est ibi nec honor novus nec forarii Domini Regis, sed vidit nepotes Johanni *(sic)* Calvo et Pelagii Menendi querere pro forariis Domini Regis, sed modo nescit quare non demandant ipsos. Item, dixit quod monasterio de Varzea habet ibi unum casale et defendunt se per illum v.^{e} homines aut vj. et non propter aliud nisi quia dicit quod est testamentum Domni Martini Fernandi aut generi sui, et ita est in Pejeirus, ubi per unum casale defendunt se x. homines aut plus.

Pelagius Gunsalvi et Dominicus Suariz et Dominicus Gunsalvi, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Johannes Petri clericus.

Item, in collatione Sancte Eolalie de Rio Covo.—Abbas non erat ibi, sed Johannes Suerii clericus, juratus et interrogatus, dixit quod Dominus Rex non est patronus nec habet ibi regalengum, sed est cautum cautatum per patrones. Item, dixit quod de ista ecclesia dant Domino

[1] *Vid. p. 1413, col. 2.ª, nota 1.*—[2] **B.** *Falta.*

Regi annuatim quartam de collecta et tota ista parrochia est in cauto. Item, dixit quod nullus est in hoc cauto qui laboret extra cautum hereditates forarias seu regalengas Domini Regis.

Item, dixit quod nullus forarius Domini Regis est ibi. Item, dixit quod ecclesia ista non acquisivit hereditates forarias Domini Regis. Petrus Camina et Petrus Petri Perdiz et Johannes Dominici et Johannes Martiniz et Dominicus Menendi, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Johannes Suerii clericus.

Item, in collatione Sancti Johannis de Bastugio.— Abbas non erat ibi, sed Johannes Petri, parrochianus ejus, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus, sed habet ibi regalengum bene divisatum et demarcatum, scilicet, in Goncheiro [est] j. peza magna cum suis soutis et cum suo termino, de quo dant Domino Regi annuatim terciam partem panis et totius fructus, exceptis castaneis, de quibus dant medietatem et dant j. caponem cum x. ovis, et est in loco ipso quidam campus parvus de arrotea, de quo dant quartam partem fructus et j. franganum. Item, in Concheiro est una casa et dant de illa annuatim j. gallinam. Item, trans ipsam domum est quodam conchousum, de quo dant Domino Regi annuatim j. almude de pane, per mensuram bracarensem. Item, dixit quod est ibi unum casale quod vocatur de Seco cum suo souto, et de omni fructu dat annuatim medietatem et unum caponem cum x. ovis et pro eyradiga de medietate ipsius laboratoris de quolibet quartario j. alqueire per mensuram Bracare. Item, dixit quod de hereditate de Rippario dant Domino Regi annuatim de foro, scilicet, j. spatulam xij. costarum sine pede cum uno ovo, et pro Carniprivio, j. cabrito et pro Pasca j. caseum cum x. ovis, et pro Sancto Johanne /fl. 16 v.º j. taligam de centeno per mensuram Bracare et unum franganum cum x. ovis, et pro Sancto Martino j. alqueire de vino et aliud alqueire de castaneis viridibus per mensuram Bracare, et de fossadaria, j. bragal. Item, ibi in Rippario jacet j. leira, de qua dant j. alqueire de pane, sive habeat sive non.

Item, de quodam pomario quod est ibi post Rippario dant Domino Regi medietatem pomorum et terciam panis. Item, de pomare de Onego dant terciam partem panis et j. caponem cum x. ovis. Item, in Linares, j. magna peza de qua dant terciam partem panis et j. cabrito. Item, in Zeraguy, j. peza cum suis soutis ad rivum de Lamas, de quo dant terciam partem panis et medietatem fructuum. Item, de campo de Lamas, quod tenet Dominicus Johannis, dant medietatem ex quodam loco et terciam de alia et unum caponem cum x. ovis. Item, in Pomar de Campo, j. leira, de qua dant terciam partem panis. (Item, Grasteiro cum suo termino dant terciam partem panis. Item, Senra cum suo souto et cum suo chantado, de quo dant terciam partem panis et medietatem fructuum, et pro rego de aqua quod per ibi vadit dant herdatores Domino Regi iij. alqueires de pane per mensuram Bracare. Item, in Chancela circa rivum, j. leira. Item, Randus cum suo termino et cum suo chantado et cum suis soutis, de quo dant terciam partem panis)[1] et vini, et de fructibus, medietate *(sic)*. Item, a rivo Sancti Johannis j. leira, de qua dant terciam. Item, in Seara[2], j. leira. Item, super illam, j. leira. Item, in Anta, j. peza cum sua vinea. Item, in Senra, j. leira; et de istis leiris dant Domino Regi terciam.

Item, dixit quod nescit ibi aliud regalengum, nec signatum nec absconditum, et forum majus non faciunt nec fecerunt, et vocant maiordomum Domini Regis ad colligendum panem et levant ei panem usque ad rivum de Porto. Item, dixit quod Martinus Laurencii de Cuyna fecit ibi honorem novum et casam de pousa in hereditatibus herdatorum, ubi numquam fuit ab inicio et ante secula super regalengo Domini Regis, et est magnum dampnum ipsius, et domus ista facta est in Castigonda ubi, ut audivit dicere, solebat esse pressum Domini Regis. Item, dixit quod non est ibi cautum nec forarii Domini Regis nec ame militum de novo sunt ibi, sed nutriverunt ibi Gomecium Corrigiam, et in parrochia ista intrat maiordomus et pectant vocem et calumpniam preter in locis Hospitalis, qui lucratus fuit ibi hereditates multorum herdatorum in quibus, ut audivit, pectabant vocem et calumpniam et dabant fossadariam, et ex illo tempore nichil inde habet Dominus Rex.

Item, dixit quod, ut audivit, Laurencius Fernandi de Cunia comparavit hereditate (*sic*) Pelagii Petri, de qua dabant fossadaria et pectabant vocem et calumpniam, et modo nichil dant. Item, dixit quod de ista collatione dant Domino Regi annuatim de fossadaria, scilicet, de Castigonda de hereditate Menendi Arregazado, iij. varas de bragal cum sua germanitate. Item, de hereditate de Giraldo cum sua germanitate, iij. varas de bragal. Item, de hereditate Johannis Petri cum sua germanitate, iij. varas de bragal. Item, de hereditate Petri Arie cum sua germanitate, ij. varas de bragal. Item, de hereditate dos Calores, mediam varam de bragal. Item, de hereditate de Goterri Pestana, ij. bragaes ab antiquo, sed milites comparaverunt ibi et clericus, et tollunt inde annuatim v. varas[3] mediam de bragal. Item, de hereditate do Ali, terciam de vara. Item, de hereditate Marie Gunsalvi de Rial cum sua germanitate, j. vara de bragal. Item, de hereditate Dominici de Fonte cum sua germanitate, tercia de vara. Item, de hereditate de Requeixo de Menendo Vermudi, j. bragal. Item, de hereditate de Riale de Stephano Johannis, j. vara de bragal.

Stephanus Gunsalvi, Johannes Menendi, Johannes Petri, Domnus Giraldus, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Johannes Petri.

Item, in collatione Sancte Marie de Nini.—Martinus Petri, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit

[1] **B.** *omite o que vai entre paréntesis.*—[2] **B.** Seira—[3] **B.** *acrescenta* et

quod Dominus Rex non est patronus, sed habet ibi Dominus Rex regalengum bene divisatum et demarcatum in loco qui dicitur Veiga de Occulo Marino, et dant Domino Regi annuatim tocius fructus terciam partem et dividunt totum in agro et vocant maiordomum Domini Regis ad colligendum panem. Item, de ista collatione dant Domino Regi annuatim pro pascuis et cindere ligna in devesas Domini Regis que jacent in hoc regalengo, scilicet, [de quintana] de Suerio Alvitiz, j. ansarem, in festo Sancti Petri Junii. Item, de quintana Gunsalvi Alvitit, j. ansarem. Item, de quintana Pelagii Navarra, j. ansarem. Item, de casali monasterii de Veiga, j. ansarem. Item, dixit quod de ista collatione dant Domino Regi annuatim de fossadaria, scilicet, de quintana do Barrio Domni Simeonis, iij. solidos[1], iij. denarios. Item, de hereditate Domni Silvestris de Riparia, ij. solidos, viij. denarios. Item, de hereditate Riparii Domni Vincencii, iij. varas de bragal. Item, de hereditate de Britelus, iiij. denarios de foro. Item, de hereditate de quintanis Domne Tarasie, j. vara media de bragal. Item, de hereditate do Landeiro, v. varas et quarta de bragal. Item, de hereditate Suerii Alvitit[2], j. bragal et tollit inde Martinus Petri, abbas, duas partes de tercia de bragal. Item, de hereditate de Froyaos, j. vara et tercia de bragal. Item, de hereditate Domne Sancie cum sua germanitate, v. varas de bragal. Item, de hereditate de Quintanis, xvj denarios. Item, de hereditate Suerii Michaelis cum sua germanitate, j. vara media. Item, de hereditate de Barrio de Mariota, iij. solidos, ij. denarios. Item, de hereditate de Tras Rivo Domne Gontine, j. vara de bragal. Item, de hereditate de Ripparia Petri Ordonii j. vara[3] media de bragal. Item, de hereditate Gunsalvi Chanas de Caparosa, v. varas, et tollit inde abbas j. varam de bragal. Item, de hereditate de Justa de Veiga, j. denarium. Item, de hereditate do Landeiro de Ousenda Pelaiz, j. bragal et tollit quidam clericus j. denarium. Item, de hereditate de Quintanas et de Niny de Suerio Figueira, iij. varas de bragal. Item, de hereditate de Fonte Cova de Moura, iiij. varas de bragal. Item, de hereditate de Ripparia Domne Gilvire, ij. varas et tercia. Item, de hereditate Exemee Didaci, iij. varas. Item, de hereditate de Landeiro de Gunsalvo Rex, j. vara. Item, de hereditate de Barrio Suerii Rando, j. vara. Item, de hereditate Domni Romani, j. vara. Item, de hereditate Domne Lucie de Quintanis, j. vara. Item, de hereditate de Troyto, j. sextarium de milio per mensuram de Ratis. Item, de casali ecclesie de Nini[4], j. bragal.

Omnes istos foros faciunt Judicatuy de Farie, sed multum amittit hic Dominus Rex de juribus suis[5], quia vidit Hospitalariis erigere cruces in locis calumpniariis, in quibus dabant fossadariam Domino Regi, videlicet, erecxerunt crucem in quintana de Petro Chanar[6] et in quintanis Gunsalvi Alviti, quarum una est in Nini[7] et altera in Caparosa, et preter has tres quintanas sunt ibi due quitane in quibus sunt cruces erecte, quarum fuit una Pelagii Porca herdatoris et alia Luppe Suerii, et est ibi alia quintana in Landeiro ejusdem Hospitalis, et per has quintanas supradictas multi defenduntur a voce et calumpnia et a fossadariis, que non dantur de ipsis locis.

Insuper dixit quod Pelagius Navarra nutrivit ibi Martinus Gunsalvi Nomaes, et fuerunt ibi collecti Johannes Laurencii de Cuyna et Gunsalvus Johannis Corrigia et Stephanus Martiniz, filius Domni Martini Jejunus, et Suerius Petri Corrigia; et due quintane, una in Caparosa et altera in Lavandeiro, defenduntur per Johannem Suariz de Gaya. Item, dixit quod iste Johannes Suariz fecit honorem novum et casam de pausa in hereditate herdatorum. Item, dixit quod hec fora que secuntur sunt de Judicato de Vermuy, sed homines sunt parrochiani istius ecclesie, primo in Vilar de Est.

Hec fora faciunt Domino Regi annuatim scilicet, de quintana Domni Juliani, j. ansarem. Item, de quintana Petrilini, j. ansarem. Item, de quintana Pelagii Menendi, j. ansarem. Item, de quintana Marie Domne, j. ansarem. Item, de quintane Johannis Suerii, j. ansarem. Item, de quintana Domne Gontine, j. ansarem. Item, de quintana Dominici Petri, j. ansarem. Item, de quintana Laurencii Johannis, j. ansarem. Item, de quintana Johannis Amico, j. ansarem. Item, de quintana Suerii Alvitit et sue germanitatis, j. ansarem, sed Johannes de Ulvar, miles, fecit ibi honorem novum/[fl. 17] et rapavit inde totum. Et istas ansares dant annuatim Domino Regi pro pascere et cindere in regalengo. Item, dixit quod Johannes Vermudi collegit ibi Martinus Laurentii de Cunia qui tollit inde fossadaria. Item, Dominicus Petri herdator nutrivit ibi modo de novo filium Johannis de Ulvar militis, propter quod deffenditur locus ille. Item, dixit quod de isto loco dant Domino Regi annuatim fossadariam pro Sancto Cipriano, scilicet de quintana de Menendo Toyriguit[1], j. bragal, et Martinus Laurentii de Cunia tollit inde j. vara de bragal et dant de quintana Pelagii Menendi iiij. denarios. Item, de quintanis de[2] Gunsalvo Godini, ij. bragaes. Item, de quintana Suerii Alviti cum sua germanitate, j. bragal et totum inde rapat Johannes de Ulvar[3] miles. Item, de quintana Didaci Suerii, j. bragal, sed abbas tollit inde vj. denarios.

Item, dixit quod in ista parrochia intrat maiordomus et pectant vocem et calumpniam, {et in Vialar de Est (dant) de pedida maior(domo), per tres vices in anno, (ij.) ij. solidos}[4] exceptis predictis locis que deffenduntur sicut superius dictum est, et excepto loco qui vocatur Quintanas et Ripparia, quia sunt honoris veteris de pousada Domni Pelagii Corrigie. Item, dixit quod cauta et forarii Domini Regis non sunt ibi.

1 **B.** *acrescenta* et — 2 **B.** Alvitiz — 3 **B.** *acrescenta* et — 4 **B.** Nuni — 5 **B.** *Falta.* — 6 **B.** Chemar — 7 **B.** Uni

1 **B.** Toyriguiz — 2 **B.** *Falta.* — 3 **B.** Vilar — 4 *Vid. p. 1413, col. 2.ª, nota 1.*

Item[1], Pelagius Menendi et Dominicus Gunsalvi et Julianus Petri et Johannes Suariz et Suerius Petri[2] et Laurencius Johannis et Johannes Amico et Johannes Petri, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Martinus Petri abbas.

Item, in collatione Sancte Marie de Benatodos.—Abbas non erat ibi, sed Petrus Petri clericus juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus, sed habet ibi Dominus Rex suum regalengum bene divisatum et demarcatum in Veiga de Occulo Marino quod est totum conjunctum, et dant de illo terciam partem panis et palee et tocius fructus, et dant istud maiordomo Domini Regis de Lemeni et de Pradaoso in ipso loco. Item, dixit quod pro pascere et pro scindere[3] in ipso regalengo dant Domino Regi annuatim pro festo Sancti Petri Junii anseres[4], scilicet in Campesinos, de casali Garssie Petri et de alio casali quod tenet ipse Garcie Petri et de casali Sancti Romani et de casali Petri Giraldi et de casali Petri Fremosi[5] et de casali Petri Calvi et de casali Martini Modii, dant singulas anseres[4], sed casale Sancti Romani laborant milites et nichil dant; et Garssie Petri miles laborat unum de suis et nichil dat. Item, Pelagius Barreiro et Dominicus Petri dant duas partes de ansere, et ipsa ecclesia tollit terciam partem. Item, dixit quod in Feverus, de quintana Menendi Didaci et de quintana de Coroado et de quintana Pelagini, dant Domino Regi annuatim singulas ansares. Item, dixit quod in Peada est una leira regalenga et in Fontania iij. leire, et in Agrelo ij. leire; et de his omnibus dant Domino Regi annuatim terciam partem tocius fructus et pro directura j. franganum x. ovis, et iste leire pertinent Judicatuy de Faria.

Item, dixit quod ecclesia ista est cautata per patrones, sed nescit per quos vel a quibus. Item, dixit quod de ista collatione dant Domino Regi annuatim de fossadaria, scilicet, de hereditate de Tras Rivo Domne Gontine j. vara de bragal.

Item, de hereditate de Britelus Domni Alfonsi, iiij. denarios. Item, de hereditate de Feverus Pelagini, mediam varam. Item, de hereditate Marie Pequene de Feverus, j. vara de bragal. Item, de hereditate que fuit Menendi Roonriguiz de veteri, xij. varas de bragal, sed dicit quod ipsa ecclesia tollit medietatem in testamentis, et Alfonsus Pelaiz qui modo defunctus est clericus tollebat inde iiij. varas de bragal, et Petrus Pelaiz j. vara et Petrus Calvus, j. vara.

Item, dixit quod in parrochia ista non est honor novus nec forarii Domini Regis. Item, dixit quod tota ista parrochia aut est cautum ipsius ecclesie aut est honor de Farlaes aut honor vetus de Ulvar, preter in Feverus, in quo intrat maiordomus et pectant vocem et calumpniam et dant ei de vitam qualem habent, exceptis istis casalibus, scilicet: casale Stephani Martini Ciquiavy militis et duo Suerii Petri de Veiga et medium casale Johannis Suariz de Gaya et aliud medium casale Garssie Petri de Ulvar. Item, dixit quod in Britelus[1], in casali que fuit Domne Gontine, nutriverunt modo filiam Johannis de Guiladi. Item, dixit quod in Feverus ubi moratus Martinus Gallo nutriverunt modo filiam Petri Vencerei. Item, dixit quod ibi nutrita fuit in quintana Marie Pequene filium (*sic*) Suerii Menendi de Ulvar, et non deffenduntur modo per istos amadigos nisi maritus cum uxore sua in quolibet casali. Item, dixit quod de regalenguis et de fossadariis non faciunt majus forum nec fecerunt. Item, dixit quod in Feverus dant de pedida maiordomo Domini Regis, iij. iij. solidos annuatim per tres vices in anno divisos, et dixit quod non vidit dare rendam istam nisi de quintana Suerii Alfonsi et de quintana Domne Gontine, de quibus etiam dant singulas gallinas.

Petrus Pelaiz et Petrus Dominici et Johannes Petri et Martinus Arie et Pelagius Maurus et Gunsalvus de Sisto, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Petrus Petri clericus.

Item in poboazam de Lagoa Nigra[2], que vocatur Macenaria.—Gunsalvus Petri, juratus et interrogatus, dixit quod sunt ibi de novo xv. casalia et debent facere ibi ecclesiam, cujus Dominus Rex debet esse patronus, et de istis casalibus dant Domino Regi annuatim sextam partem tocius fructus, et pro eyradiga, singulos alqueires tritici per mensuram de Ratis, et non debent pectare nisi iij. calumpnias assignatas et pro qualibet earum debent pectare x. morabitinos. Et furtum si fecerint novies debent componi et de loitosa debent dare j. morabitinum, et vocant maiordomum Domini Regis ad colligendum panem, et panis de ratione Domini Regis debet levari ad Vimaranes, sed custa erit medietas Domini Regis et medietas ipsius maiordomi de Lacuna Nigra; et omnia ista fora habent per cartam istius Domini Regis.

Menendus Petri, Johannes Stephani, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Gunsalvus Petri.

Item, in collatione Sancti Petri de Monte.—Domnus Menendus, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus, sed habet ibi suum regalengum, scilicet, Montem de Saya sicut est divisum per portam civitatis de Lenteyro, deinde per petram que stat inter regalengum et senram, deinde per Fontem Peoliosam, deinde vadit per Vallum de Capitulo ad Bouzam, deinde ad fogium lobal, deinde ad portam de Ventosa. De isto autem regalengo superius nominato est inde medietas Domini Regis et dant inde Domino Regi quartam partem panis, et quicumque ibi laboraverint dant singulos capones cum x. x. ovis, et vocant maiordomum Domini Regis ad colligendum panem. Item,

[1] **B.** *Falta.*—[2] **B.** Piriz—[3] **B.** cindere—[4] **B.** ansares—[5] **B.** Fromosi

[1] **B.** Briteilus—[2] **B.** *Falta.*

dixit quod in ista collatione non dant Domino Regi fossadariam nec pectant vocem et calumpniam, nec intrat ibi maiordomus Domini Regis, nec sunt ibi forarii nec honores novi. Item, dixit quod milites et ordines nichil acquisierunt ibi de novo. Item, dixit quod nullum forum faciunt nec fecerunt Domino /fl. 17 v.º Regi, quia est honor vetus Domni Pelagii Correya.

Petrus Vermudi, Johannes Petri, Gunsalvus Johannis, Dominicus Martiniz, Martinus Petri, Pelagius Petri, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Dominus Menendus abbas.

Julgado de Vermuy[1]

Item, in Judicatu de Vermuy.—Hec sunt jura que Dominus Rex ibi habet et debet habere. Primo, Dominicus Petri judex, juratus ad Sancta Dei Evangelia, nobiscum inquisivit et omnia que sciebat fideliter demonstravit.

In collatione Sancti Martini de Cavaloes.—Johannes Petri, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus, sed habet ibi Dominus Rex suum regalengum, scilicet, quinque casalia hedificata et populata per Dominicum Petri, judicem de Vermuy; de quibus casalibus tale est forum, scilicet, dant Domino Regi annuatim de pane et vino et lino terciam partem, et dant pro eyradiga singulos quartarios de secunda inter se et maiordomum, et pro directura, singulos sextarios de suo libere per mensuram Vimaranis, et pro festo Sancti Johannis dant singulas taligas de centeno cum singulis denariis, inter se et maiordomum, et dant de collecta semel in anno vj. vj. denarios, et pro festo Sancti Michaelis, singulos bragales et ij. ij. capones cum x. x. ovis, et pro Natale Domini, singulas spatulas xij. costarum cum singulis denariis, et pro Carnipridio a iiij.or ovibus et ultra dabunt singulos cordarios. Et qui non habuerit iiij.or oves dabit j. cabrito, et si[2] habuerint porcam paridam a kalendis Januarii usque ad Sanctum Michaelem de Septembri dabunt singulas lentigas et vocant maiordomum ad colligendum panem; et ista casalia in locis suis non pectant nisi iij. calumpnias, excepto quod quicumque effuderit sanguinem desuper occulis pectabit j. carnarium, et pro directura dant singulos morabibitinos. Et si Dominus Rex aut ricushomo terre fecerit ⟨fecerit⟩ cellaria sua in ipsa terra de Vermuy, debent levare ibi totam rationem Domini Regis. Ista[3] fora habent per cartam istius Domini Regis.

Item, dixit quod de leira de Ortaes que est ipsius ecclesie in testamento dant annuatim Domino Regi in censoria j. alqueire per mensuram de Ratis.

Item, in Agrelo de Manualdi, j. alqueire per mensuram Vimaranis. Item, de hereditate de Fonteela, j. alqueire per mensuram de Vimaranes. Item, dixit quod de ista collatione, dant Domino Regi annuatim de fossadaria, scilicet, de hereditate de Nandim, que est in cima de villa, dant ij. partes de uno bragal, et de hereditate de Piliteiras, j. terciam de bragal. Item, de quintana Petri de Gualtas[1], ij. varas de bragal, et de quintana Marie Gunsalvi, ij. varas de bragal. Item, de Villar de Eirigo, de hereditate que fuit Pelagii Suerii, iiij. varas de bragal[2]. Item, dixit quod cautum et forarii Domini Regis et honores novi et ame militum non sunt ibi, preter in Maoaldi, quod nutriverunt Domnam Senorinam et in[3] ista parrochia pectant vocem et calumpniam.

Petrus Dominici et Suerius Menendi et Martinus Johannis et Johannes Petri et Dominicus Petri, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Johannes Petri abbas. Addiderunt etiam quod sunt ibi casalia depopulata et laborata melius quam numquam fuerunt, sed quia populata non sunt, non pectant Domino Regi vocem et calumpniam et pedidam quod solebant dare annuatim.

Item, dixerunt quod in casali de cima de Cavaloes, in quo moratur Martinus Johannis, nutriverunt Gunsalvum Facundi militem, et pectabant ibi vocem et calumpniam et dabant pedidam et modo nichil dant. Item, dixerunt quod audiverunt dicere quod Dominicus Vencerei solebant *(sic)* morare in Vencerei in hereditate foraria de castello Domini Regis de Vermudi, et fugit ad honorem de Outiz ut non faceret forum illud. Non tamen dimisit laborare ipsam hereditatem forariam, ipse dum vixit, et modo filii et nepotes sui similiter. Petrus Dominici Vincerei dixit quod audivit dicere Petro Roderici de Lamela, dum vixit, quod de regalengo Domini Regis, per illud marcum quod dividit cum almoyna Sancti Martini, sicut vadit ad viam veterem[4]. In omnibus aliis, dixit sicut alii testes, sed nichil dixit de Dominico Vencerei nec potuit dicere, quia pater eius erat. Petrus Dominici de Lamela dixit sicut iste de isto marco istius regalengui. In omnibus aliis dixit sicut alii testes.

Martinus Martiniz judex de Faria, parrochianus istius ecclesie, dixit sicut alii testes, excepto quod de illo marco nichil numquam audivit nisi modo, sed addidit quod ipse tenebat in quodam suo casali de Cavaloes predictum Dominicum Vencerei, qui mortuus fuit ibi, et maiordomus terre petebat loitosam tamquam de forario Domini Regis.

Item, in collatione Sancti Jacobi de Outiz.—Petrus Petri, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus, sed dixit quod ipsa ecclesia tenet quandam leiram regalengam, sed nescit quanta est, nec quis dedit eam ipsi ecclesie, sed dat pro ea Domino Regi annuatim in censoria j. alqueire de pane per mensuram Vimaranis. Omnes alie leire que ibi sunt, et sunt bene divisate et demarcate per loca, sunt jam redacte seu reducte ad predicta v. casalia regalenga

[1] **B.** *Rubrica marginal a vermelho, em letra do séc. XVI.*—[2] **B.** si non—[3] **B.** ipsa

[1] **B.** Galtas—[2] **B.**, *por lapso de cópia, acrescenta:* et Marie Gunsalvi ij. varas de bragal—[3] **B.** *Falta.*—[4] *Este depoimento apresenta-se aqui deficientemente redigido, mas o sentido é claro.*

de Cavaloes. Item, dixit quod de ista collatione dant Domino Regi annuatim de fossadaria, scilicet, de Lamela in quintana que fuit Petri Azor, j. bragal. Item dixit quod regalengum Domini Regis non est ibi absconditum. Item, dixit quod cautum et honores novi non sunt ibi, preter Petrum Nuniz d Outiz qui fecit ibi casam novam inclusam in ipso honore veteri. Item, dixit quod honor vetus, ut audivit, fuit per rivum de Lama, sed modo multum extenditur ultra istum terminum et per multa loca in quibus maiordomus Domini Regis non audet mitere pedem suum, et sic Dominus Rex nichil inde percipit, nec habet in parrochia ista vocem et calumpniam preter in duobus casalibus de Vilar de Eyrigo et in uno casali /fl. 18 de Lamela, que est divisa ab alia Lamela magna, in qua sunt x. inter casalia et cabaneiras. Et quia in tribus intradas quas habet ipsa aldeya nutriverunt iij. filios militum, obtruse sunt vie maiordomo Domini Regis, quod non potest nec audet ibi mitere pedem pro voce et calumpnia. Item, dixit quod forarii Domini Regis non sunt ibi, preter quod audivit quod Dominicus de Vencerei, quem dicebant esse stabularium Domini Regis de foro, fugit de ipso loco de Vencerei propter ipsum forum et venit morari[1] in ista parrochia, et modo sunt ibi filii sui et nepotes. Item, dixit quod in iij. casalibus predictis, de quibus pectant vocem et calumpniam, dant Domino Regi annuatim pro pedida vj. vj. solidos per tres vices in anno. Item, dixit quod nullus est ibi qui laboret, extra honores istos, hereditates regalengas seu forarias Domini Regis, preter filii et nepotes Dominici de Vencerei, qui vadunt laborare ipsam hereditatem forariam de Vencerei.

Petrus Francus et Petrus Pelaiz et Johannes Pelaiz et Johannes Menendi et Pelagius de Outeiro et Petrus Dominici, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Petrus Petri abbas.

Item, in collatione Sancti Michiaelis de Gemundi.—Petrus Petri, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus, sed est ibi regalengum Domini Regis in leiris divisatis et assignatis, que sunt conjunte dictis quinque casalibus regalenguis de Cavaloes. Item, dixit quod dant Domino Regi annuatim de fossadaria, scilicet, pro Sancto Cipriano, de quintana Didaci Pelaiz, j. bragal. Item, dixit quod cautum et honores novi et forarii Domini Regis non sunt ibi. Item, d xit quod in toto Gemundi non intrat maiordomus Domini Regis pro voce et calumpnia, quia est honor vetus Menendi Pelagii de Gemundi, sed nescit quantus est nec per que loca dividit. Item, dixit quod homines istius honoris, quando possunt acquirere hereditates regalengas seu forarias Domini Regis, laborant illas libenter et aliter non.

Dominicus Petri et Petrus Gunsalvi et Petrus Suariz et Dominicus Johannis et Petrus Pelaiz et Dominicus Petri, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Petrus Petri abbas ipsius ecclesie.

Item, in collatione Sancti Veriximi.—Martinus Petri, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus nec habet ibi regalengum. Item, dixit quod dant Domino Regi annuatim de fossadaria, pro Sancto Cipriano, scilicet, de hereditate de Petra Sica que fuit Petri Afectu et Menendi Randi et Pelagii Menendi de Agra, j. bragal minus octava, et tollit inde ipsa ecclesia ij. partes aut plus de ista fossadaria propter testamenta. Item, de pomar de casa, xx. denarios et tollit ecclesia iij. denarios et medacula[1]. Item, dixit quod forarii Domini Regis non sunt ibi. Item, dixit quod tota ista parrochia aut est honor illustri *(sic)* Regis Domini Alfonsi primus, aut honor Domni Pelagii Corrigie, et in loco qui dicitur Cova nutriverunt Mariam Pelaiz Corrigiam et Sanciam Petri Gravel, et sic non est ibi locus per quod furare possit maiordomus.

Suerius Pelaiz et Martinus Sueriz et Suerius Pelaiz Calvo et Petrus Martiniz et Gunsalvo Petri et Domnus Ciprianus, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Martinus Petri abbas.

Item, in collatione Sancte Lugrice.—Petrus Martiniz, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus, sed habet ibi regalengum, scilicet, quinque casalia, quorum duo sunt in Revordelo et duo in Vencerey, de quibus tale est forum quod habent per cartam istius Regis, scilicet, dant Domino Regi, annuatim terciam partem tocius fructus de lavoyra, et pro eyradiga singulos quartarios de secunda inter se et maiordomum, et de omnibus aliis foris et directuris faciunt in omnibus et per omnia sicut v.e casalia regalenga de Cavaloes, sicut superius est expressum in prima parrochia istius Judicatus, de verbo ad verbum.

Item, dixit quod de ista collatione dant Domino Regi annuatim de fossadaria pro Sancto Cipriano, scilicet, de hereditate que fuit Pelagii Sarrani de Amorim, j. bragal et j. spatulam viiij. costarum sine pede de foro. Item, ibidem de vinea veteri, j. almude de vino per mensuram Vimaranis, et ista hereditas Pelagii Sarrani est pressum Domini Regis et dat Domino Regi pro loitosa j. morabitinum. Item, de hereditate que fuit Troitosendi Cesteiro, j. bragal. Item, de hereditate Marie Petri de villa, |medium bragal et alia germani|[2]tas medium bragal. Item, de hereditate de Petro Gabairi, j. solidum. Item, de hereditate Petri Colion, j. bragal. Item, de hereditate de Gontina de Porta, j. bragal. Item, de hereditate de Gunsalvo Revordelo, j. bragal de veteri et uxor Gometii Corrigie tolit terciam de tercia[3] de isto bragali minus decima, quia fuit ibi collecta, et ipsa ecclesia tollit de alia tercia medietate in testamento et de isto casali dant pedidam

[1] **B.** moriari

[1] *No códice está a abreviatura* mla *que supomos representar aqui o vocábulo* medacula *(mealha), já empregado duas vezes por extenso no fólio 4 v.º (p. 1417).*—[2] *Escrito na margem do fólio.*—[3] **B.** tercio

maiordomo Domini Regis, vj. solidos, per tres vices in anno divisos, scilicet, filii Menendi Suerii et filii Johannis Menendi.

Item, de hereditate Suerii Mauri, j. bragal. Item, de hereditate Ordonii Vermudi, j. bragal. Item, de hereditate Domne Maioris de Frejufi, j. solidum. Item, de hereditate Petri Oariz de Heira[1] Veteri, j. bragal. Et Pelagius Petri armiger tollit inde medietatem de tercia bragalis et propter illum non intrat ibi maiordomus. Item, de hereditate de Maiore de villa de Astruffi, j. gallinam, et villa ista de Astruffi est honor vetus multorum militum et magistrorum. Item, dixit quod in ista parrochia intrat maiordomus Domini Regis et pectant vocem et calumpniam, exceptis honoribus veteribus militum et domibus eorum, et harum occasione defendunt alios multos. Item, dixit quod cautum et forarii Domini Regis non sunt ibi nec alie ame militum nec majus forum faciunt nec fecerunt, et exeunt foras laborare in regalengo Domini Regis de Veyga de Occulo Marino.

Item, dixit quod de molendino de veiga quod stat in loco qui dicitur Cambas super pontem debet dari Domino Regi annuatim in censoria medium bragal et j. gallinam. Item, dixit quod dant Domino Regi annuatim in censorie, scilicet, de hereditate de Revordelo de quintane inferiori, j. almude de pane. Item, de Guilivay, j. almude de pane ut tollerent illam viam que per ipsa loca carebat.

Item, de hereditate d Ucha de Domne Maioris de Meira, ij. alqueires medium de pane. Item, de Eira Vedra, scilicet, de quintana, j. taligam. Item, de bacelo de Vencerei, scilicet, de quintana de Ouroana, iij. alqueires. Item, de campo de super sauto, j. almude de pane.

Domnus Simeon, Martinus Gunsalvi, Petrus Martini, Suerius Suariz, Dominicus Feira, jurati et interrogati. dixerunt in omnibus et per omnia sicut Petrus Martiniz abbas.

Martinus de Vila et Martinus Alfonsi, jurati, dixerunt sicut Petrus Martiniz abbas, sed audiverunt dicere quod Domna Tarasia Suariz tenebat in casali de Outeiro j. leiram regalengam et aliqui fuerunt qui dixerunt ipsi domine quarum[2] non datis porcionem Domino Regi de ipsa leira, et ipsa respondebat quod Dominus Rex dederat eam sibi.

Item, in collatione Sancti Jacobi de Maoquin.—Petrus Gomecii, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus, sed habet ibi regalengum conjunctum et est factum de eo modo noviter unum medium casale et dat Domino Regi annuatim in omnibus et per omnia tales directuras medias, sicut dat unum de quinque casalibus regalenguis Sancti Martini de Cavaloes. Et tale forum habet de verbo ad verbum quantum pertinet ad medietatem.

Item, dixit quod audivit dicere quod in campo de Pardelias, qui est Sancte Marie Vimaranis, jacet regalengum, sed nescit quantum, et audivit dicere quod dabant Fernando Bispo de ipso campo regalengo v. varas de bragal et j. capom et x. ovos pro directura. Item, dixit quod de ista collatione dant Domino Regi annuatim de fossadaria pro Sancto Cipriano, scilicet, in Anseriz da erdade Domne Senior, j. bragal. Item, de heredi/fl. 18 v.°tate de Domna Eyo, j. bragal. Item, de quintana d Anseriz, que fuit Menendi Pelaiz, viiij. varas de bragal. Item, de loco qui vocatur Quintanas, vij. varas de bragal. Item, de hereditate Suerii Roderici cum sua germanitate, iij. varas de bragal et remanent de ista fossadeira tota vj. varas de bragal de antiquo sed nescit quis debet eas dare; sed audivit dicere aliquibus de juratis de registro, quod debebant illam dare de illo loco de Pardelias, et aliud inde nescit. Item, dixit quod de hereditate dos Cenas erant soregaos Domini Regis, de foro, sed Suerius Cena fuit maiordomus terre et mortuus est, et Domnus Facundus miles, quia fidejusserat illum, accepit terciam ipsius hereditatis et Menendus Cena vendidit suam terciam Fernando Bispo qui testatus est eam ecclesie Vimaranis, et alius frater istorum predictorum, quia sterilis erat, dedit suam terciam partem ipsius hereditatis Hospitali, et ita factum est de ista hereditate foraria, quod Dominus Rex nullum forum habet ibi, et in tota ista parrochia debet intrare maiordomus Domini Regis et pectant vocem et calumpniam, excepto cauto Sancti Jacobi de Gallecia et exceptis Petro Menendi de Rippario et Martino Gunsalvi genero suo, qui modo nutriunt noviter filium Petri Nuniz de Outiz. Et in Anseriz dant vitam maiordomo Domini Regis qualem habent. Item, dixit quod audivit dicere quod de hereditate de Domna Eyo, de qua dant j. bragal de fossadaria, sicut superius dictum est, solebant dare j. spatulam et modo redegerunt illam in unam gallinam.

Gunsalvus Menendi et Fernandus Suariz et Dominicus Martini et Domnus Vincentius et Martinus Petri et Dominicus et Martinus Gunsalvi, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Petrus Gomecii abbas.

Item, in collatione Sancti Martini de Beruffi.—Stephanus Petri, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus, sed habet ibi Dominus Rex iiij.or casalia regalenga populata de novo per judicem Dominicum Petri ad tale forum et tale directuras, in omnibus et per omnia sicut casalia regalenga de Cavaloes, que est prima parrochia istius Judicatus et habent similiter cartam istius Domini Regis, et regalengum non est ibi absconditum. Item, dixit quod dant Domino Regi annuatim de fossadaria, scilicet in Bona Vista, de hereditate Menendi Sovela, j. varam de bragal. Item, dixit quod audivit dicere de campo de Fonteela, quod dabant de eo rationem Domino Regi, quinque majorem, quinque minorem, et nichil videt inde modo dare, nec audit quia ecclesie Sancti Adriani levat totum. Item, dixit quod Baruffi *(sic)* est honor vetus Domini Petri Menendi, et forarii Domini Regis non sunt

[1] **B.** Eira — [2] sic *por* quare

ibi, preter Ciprianus, qui debet esse maiordomus terre et custodire cellarium, si Dominus Rex aut ricushomo fecerit illum, et eciam debet venire varrere serviciariam Domini Regis in Villa Nova; et honores novi non sunt in tota ista parrochia, quia non est ibi alius[1] locus nisi Beruffi.

Dominicus Martini, Domnus Capelo, Johannes Capelo et Martinus Calvo, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Stephanus Petri, abbas ipsius ecclesie.

Petrus Colado, juratus, dixit sicut alii testes, sed addidit quod de illo campo de Fonteela levavit rationem Domini Regis per duas vices, quia ipse erat maiordomus regalengui.

Item, in collationibus Sancti Andree de Pradaoso et Sancti Salvatoris de Lemini.—Dominicus Froye, servicialis istorum locorum, juratus et interrogatus dixit quod iste ecclesie sunt Domini Regis, sed quando Domnus Martinus Fernandi tenebat terram, dedit ecclesiam Sancti Andree de Pradaoso archiepiscopo bracarensi Domno Stephano pro cevada, cujus sororem *(sic)* habebat uxorem[2]; et Domnus Rodericus Roderici Oveloso, qui tenebat alio tempore terram, dedit ecclesiam Sancti Salvatoris de Limini pro cevada Menendo Alfonsi de Valle Militi, qui tenebat castellum de Vermudi, ut monstraret illi quandam domnam que jacebat in ipso castello. Sed istam ecclesiam habet modo Ecclesia bracarensis, sed nescit quare. Et ex tunc amisit Dominus Rex istas ecclesias, et infantes moriuntur ibi sine babtismo et multi sepeliuntur sine officio ecclesiastico, et levat inde in hoc anno Ecclesie bracarensi lxiiij. morabitinos in salvo. Item, dixit quod in Pradaoso sunt xij. casalia regalenga et in Lemini xij., et in Coyra vij. quorum tale est forum, scilicet, dant Domino Regi annuatim de pane et lino terciam partem, sed de Lemini et de tribus casalibus de Coyra, que pertinent ad Lemini, dant pro estiva de lino cum tercia sua quantum potest ligari in tribus lineirus; et omnia casalia dant de baucis et de vino quartam partem, et dant pro eyradiga inter se et maiordomum singulos quartarios, et de suo libere singulos sextarios per mensuram Vimaranis et duos. duos. franganos, unum de eyris et alium pro Sancto Johanne de lino, et vj. vj. denarios de collecta et pro fugacia singulas taligas cum singulis denariis, et debent eas segare in agro per predictam mensuram; et dant pro Sancto Michaele singulos bracales et ij. ij. capones cum x. x. ovis, et pro Natale Domini singulas spatulas novem costarum sine pede cum singulis denariis, et quicumque non habuerit spatulam, dabit duos capones pro ea; et dant singulos cordarios albos pro Carniprivio a iiij.^{or} ovibus et ultra, sin autem singulos cabritos, et dant singulas lectigas[3] si habuerint porcas paridas a cathedra Sancti Petri usque ad festum Sancti Michaelis, sed in alio tempore, non. Et dant pro loitosa singulos morabitinos, et debent facere singula pallearia subtus quinque. quinque. fustibus et custodire illa usque ad Januarium. Et si aliquod istorum casalium fuerit depopulatum, debet dari de introytu Domino Regi j. carnarium, et non pectant calumpniam in villis istis nec extra eas, exceptis tribus, nisi quod de sanguine dirupto pectant j. carnarium contra vicinum suum. Item, dixit quod casale Pelagii Gabares, quod est in Pradaoso, est servizaria Domini Regis, et qui tenuerit illud est serviciale de Domino Rege vel de ricohomine, sed non de prestamario et non facit alium forum. Et de regalengo isto non tenent cartam Domini Regis nec majus forum faciunt nec fecerunt, }excepto quod ducunt rationem Domini Regis de Veiga{[1].

Item, dixit quod Dominus Rex habet ibi multas leiras de quibus possent fieri xij. casalia populata et plus, sed homines non audent populare nec accipere ipsas leiras ut faciant inde casalia, propter metum et minas multorum, scilicet, Garcia Petri de Ulvar et Johannis Petri de Ulvar, fratris ejus, et Petri Martini Petarini et Johannis Garcie de Guiladi et Stephani Martini Ciquiavi et Domni Gunsalvi Garssie et propter abbates de Benatodus et de Nini, qui omnes tenent homines suos in istis leiris Domini Regis regalenguis, et ipsi homines minantur volentibus facere ibi casalia Domino Regi cum dominis et militibus predictis, et per hoc amitit ibi Dominus Rex multum de juribus suis, quia multe de istis leiris Domini Regis sunt pascua ganatorum et laborant hereditates militum et suas, et faciunt pascua de leiris Domini Regis, et multe ex his non sunt laborate per sex et octo et decem annos. Item, dixit quod circa Limini est una heremita que vocatur Sanctus Pelagius et dant de illa Domino Regi annuatim in censoria j. morabitinum et ipsa heremita est Domini Regis.

Dominicus Froiaz, Johannes Pelaiz, Johannino, Menendus Menendi, Suerius Petri, Gunsalvus Petri, Pelagius Pelaiz, Petrus Petri, Johannes Martini, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Dominicus Froye servicialis.

/fl. 19 *Item, in collatione Sancti Salvatoris de Vilarino das Cambas.*—Petrus Petri, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus nec habet ibi regalengum, sed audivit dicere quod in loco qui dicitur Casaelio fuit una leira regalenga, de qua dabant Domino Regi annuatim j. quartarium panis per mensuram Vimaranis, sed Petrus Pelagii d Outiz levavit suas troitas in sua cabaaza Regi Domino Sancio primo, et pro illis troitis quitavit illi illam leiram. Item, dixit quod tota ista parrochia est honores veteres, sed nescit per quos vel a quibus, et nullum de ea nec in ea faciunt forum Domino Regi. Item, dixit quod nullus est ibi qui laboret extra, et forarii

[1] **B.** aliud—[2] *Tanto* **B.** *como a cópia da Leitura Nova reproduzem* ipsis verbis *esta frase incompreensivel.*—[3] **B.** lontigas

[1] *Escrito na margem do fólio.*

Domini Regis non sunt ibi, preter Menendus Royna qui debet facere tale forum Domino Regi, sicut de barrio malo.

Gunsalvus Pelaiz, Dominicus Gunsalvi, Johannes Pelaiz, Suerius Dominici, Menendus Pelaiz, Petrus Menendi, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Petrus Petri abbas.

Item, in collatione Sancte Marie de Teliado.—Dominicus Pelaiz, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus, sed habet ibi regalengum in leiris, scilicet, in Feigioale, j. leiram cum suo sauto. Item, in Crasto in loco qui vocatur Saa, j. leiram. Item, sub casali Sancti Cosmadi, ij. leiras. Item, in Morouco, j. leiram et campus de Ruvial quod est demarcatum, et in Longara, j. leiram. Et leire iste laborantur modo de illis hominibus qui laborant casalia regalenga de Saa, quia dant quod sunt de suis casalibus. Item, dixit quod dant Domino Regi annuatim de fossadaria, pro Sancto Cipriano, scilicet, de casali Petri Garcie, media vara.

Item, de hereditate Petri Seiriz, media vara de bragal. Item, in Maeli de hereditate Domne Marine, ij. varas. Item, in Crasto de hereditate Domne Bone, ij. varas de bragal. Item, de casali Sancti Cosmadi, iiij. varas de bragal. Item, de casali de Crasto Sancti Cosmadi, iij. varas de bragal.

Item, de hereditate de Spina, ij. denarios. Item, in Crasto de hereditate Johannis Martini, j. vara de bragal.

Item, de hereditate que fuit Suerii de Sauto, v. varas de bragal. Et filii et nepotes Petri Calvi dant inde iij. varas de bragal, et Michael Pelagii et Johannes Martini dant aliam varam de bragal, et Hospitale tollit inde aliam varam, quam Petrus Michaelis testatus est. Item, de hereditate de Lomba, j. vara de bragal, sed archiepiscopus Johannes Egee comparavit de ipsa hereditate terciam partem.

Item, dixit quod in tota ista parrochia non pectant vocem et calumpniam propter multos honores qui ibi sunt et hordines et Ecclesiam bracarensem, et maiordomus Domini Regis non mittit ibi pedem propter hoc, sed audivit quod intrat tamen in casali Ecclesiole quod vocatur Tayno, et forarii Domini Regis non sunt ibi.

Stephanus Egee, Vincencius Gunsalvi, Martinus Gunsalvi, Michael Petri, Petrus Johannis, Dominicus Albus, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Dominicus Pelaiz abbas.

Item, in collatione Sancti Jacobi de Forca.—Dominicus Martini, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus, sed habet ibi regalengum in leiris, quod est assignatum casalibus Domini Regis de Saa. Item, dixit quod dant Domino Regi annuatim de fossadaria, pro Sancto Cipriano, scilicet, in Outeiro, de hereditate Petri Parvi, iiij. varas de bragal. Item, de hereditate de Defenssa, vij. varas. Item, de hereditate de Lilina, viij. varas de bragal. Item, de casali de Molnes, quod est Sancti Cosmadi, iiij. varas de bragal. Item, de quintana de Aragunti Vermuiz, iiij. varas de bragal. Item, de hereditate de Fonte Cooperta, iiij. varas de bragal. Sed dicit quod audivit dicere quod debebant dare de ipso loco alias iij. varas de bragal, et audivit dicere hoc filiis Petri Carrion qui laboravit ipsam hereditatem.

Item, in pausada de casali Sancti Cosmadi, ij. varas de bragal. Item, de hereditate Marie Vermudi de Cacavelus, iiij. denarios. Item, dixit quod in tota ista parrochia non pectant vocem et calumpniam, nec intrat ibi maiordomus, exceptis duobus casalibus, quorum unum est ecclesie Sancti Cosmadis et aliud ecclesie Sancti Simeonis, de quibus dant pedidam et pectant vocem et calumpniam maiordomo Domini Regis. Alia vero omnia sunt honores veteres, preter quod in Molnes, ubi solebat intrare maiordomus, nutriverunt filium Menendi Alfonsi et alios filios militum, et ita totus locus ille deffenditur per eos, et forarii Domini Regis non sunt ibi et non laborant extra.

Petrus Pelaiz, Dominicus Johannis, Dominicus Martini, Petrus Martini, Johannes Calvo, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Dominicus Martini abbas.

Item, in collatione Sancti Martini de Valle.—Egidius Pelagii, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus, sed habet ibi regalengum in leiris, quarum una est in Macenaria, et in Redonda j. leira, et in Triigal de Rial, j. leira et una casa ibidem, de qua dant annuatim j. capon et x. ova. Item, campus qui vocatur Vinea de Rial. Item, in Malvar, j. leira. Item, in Piisquino, ij. leire. Item, in chousis de Rial, j. leira. Item, trans ipsam domum regalengam, j. leira. Item, in Bugiam, in loco qui dicitur Meendi, j. leira. Item, in campo de Soveraas, j. leira, et dant de directura j. franganum et v. ova. Item, sub rego, ij. leire. Item, ibidem in Pereiro, j. chousa. Item, in vallo, j. leira. Item, in Barca, ij. leire. Item, in vineas de Raualdi, j. leira de vinea. Item, in campo de Peoliosa, j. leira. Item, sub Portela, j. leira. Et de istis leiris omnibus dant Domino Regi annuatim terciam partem fructus et vocant maiordomum Domini Regis ad colligendum panem. Item, dixit quod est ibi caput unius casalis, de quo dant Domino Regi annuatim terciam partem tocius fructus et pro directuris, pro Sancto Michaele, j. bragal et j. capon x. ovis, et non habet inde cartam Domini Regis. Item, dixit quod multum regalengum est ibi absconditum in Rial, scilicet, in hereditate de Petro Teixelo. Item, dixit quod in Agro Maiola est j. leira regalenga de qua dant annuatim terciam partem panis. Item, in Cristili est j. leira regalenga, sed data est pro bono cambio et pro leira assignata et demarcata circa capud istius casalis. Item, dixit quod in termino de Bugiam, in campo qui

dicitur Insulas, est j. leira de vinea et non possunt sibi invenire dominum de quo fuisset. Item, in Pesegueiro stabant ij. castinarii Domini Regis. Item, circa coquinam que fuit Petri de Souto circa regum, audivit dicere quod est una leira regalenga et tenet eam Domnus Silvester, et nichil dat. Item, dixit quod de ista collatione dant Domino Regi annuatim pro Sancto Cipriano, de fossadaria, scilicet, de hereditate Menendi Oseriz, ij. varas de bragal. Item, de hereditate Vermudi Petri, ij. varas medias de bragal. Item, de hereditate Petri Didaci, ij. varas. Item, de hereditate Petri Souti, ij. partes de una vara de bragal. Item, de hereditate Domni Adriani, ij. varas et tercia, et de loco qui dicitur Quintana, j. gallinam. Item, de hereditate Martini Sancii, quod est casale de Riquiam de Outeiro, iiij. varas de bragal. Item, de quintana Petri Teixelo, viij. varas de bragal. Et Tarasia Didaci comparavit ibi et tollit inde Domino Regi annuatim mediam varam. Item, de hereditate Marie Cendonit, iiij. varas de bragal. Item, de hereditate Petri Onorici, iiij. varas de bragal et faciunt inde quinque partes, et filii Menendi Alfonsi militis, ibi nutriti, tollunt inde ij. quiniones. Item, de hereditate Vermudi Reguardo, j. bragal, et de antiquo dabant xl. varas de bragal. Et hic non sunt nisi xxx. vj. varas et dimidia. Sed dixit quod audivit dicere quod duo varas de bragal solebant dare de casali Vermudi Tina, quod tenet Martinus Francus. Item, audivit dicere quod de hereditate de Vermudo /fl. 19 v. Reguardo dabant plus j. varam. Item, dixit quod in ista parrochia, in loco qui dicitur Outeiro, sunt v. casalia et intrat ibi maiordomus et pectant vocem et calumpniam, preter in casali de Petro Onriz qui nutrivit modo filiam Petri Facundi militis. In aliis locis parrochie pectant vocem et calumpniam, sed maiordomus non intrat ibi propter honores multos militum, sed portarius Domini Regis debet pignorare pro eo. De voce et calumpnia et de aliis nichil dat locus qui vocatur Pigneiro quia est honor vetus. Item, dixit quod forarii Domini Regis non sunt ibi, preter quod audivit dicere quod Petrus Vigosa fuerat forarius Domini Regis de Pradaoso et de Lemini, et modo sunt ibi filii sui et nepotes.

Petrus Silvester, Johannes Petri, Dominicus Martini, Domnus Michael, Petrus Pelaiz et Petrus Onriz et Menendus Godini et Domnus Silvester et Durandus Zoca, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut domnus Egidius.

Item, in collatione Sancte Marine de Portela.—Dominicus Gunsalvi, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus, sed habet ibi suum regalengum in leiris, scilicet, in Gonterigo, j. leiram. Item, in Corrogo, j. leiram. Item, in Barrela, j. souto et ij. leiras, de quo[1] dant Domino Regi annuatim terciam partem in ratione et[2] medietatem castanearum et. j. capon[3] et. x. ova, et dant[4] maiordomo Domini Regis meitiga. }Item, de leira de Lamela in censorie, j. franganum et v. ova annuatim{[1].

Item, in Ranadia est aliud soutum, de quo dant Domino Regi in censoria xxx. ovos.

Item, dixit quod dant Domino Regi annuatim de fossadaria pro Sancto Cipriano, scilicet, de hereditate de Mansoire, iij. denarios. Item, de hereditate de Carvaliar, j. almude de vino per mensuram Bracare, de antiquo. Et archiepiscopus Johannes Egee comparavit ibi et tollit inde de illa. Item, dixit quod in ista parrochia pectant vocem et calumpniam Domino Regi, scilicet, non intrat ibi maiordomus, sed portarius pignorat pro ea et da[2] pignora maiordomo in loco qui dicitur Ruvial, et hoc factum est propter multos honores qui ibi sunt de veteri et pocius honor Vincencii Silvestris, et propter }Ordines et Ecclesiam bracarensem{[1]. Item, dixit quod forarius Domini Regis non est ibi, nec laborant extra honorem istum.

Domnus Lopus, Johannes Pelaiz, Dominicus Petri, Domnus Julianus, Petrus Johannis, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Dominicus Gunsalvi abbas.

Item, in collatione Sancti Jacobi de Caviam.—Abbas non est ibi, sed Martinus Fernandi diaconus ipsius ecclesie, juratus et interrogatus, dixit quod Dominus Rex non est patronus, sed habet ibi regalengum in leiris, scilicet, sub vena media de Vessada, quomodo vadit ad montem in medietate sua, et vertitur per circuitum ad aquas que veniunt de Rial. Item, regalengum de Asnaes sicut est demarcatum et divisatum. Item, in Gondeirus, iij. pezas. Item, super regum in souto, j. peza et sub rego alia peza; et de istis omnibus leiris dant Domino Regi annuatim terciam partem fructus, et vocant maiordomum Domini Regis Ville Nove ad colligendum panem et ducunt ipsum ad cellarium ipsius ville. Item, dant Domino Regi annuatim in censoria, de una leira de seestrus, in loco qui dicitur Goncheiri, j. capom x. ova, et ibi, de hereditate que fuit de Aldare Petri et de sua germanitate, debent dare annuatim iiij. capones et viij. cubitos de bragal in fossadaria, et vadunt semel in ebdomada[3] ad castellum de Vermuy lavare felpas. Item, dant Domino Regi annuatim de fossadaria pro Sancto Cipriano, scilicet, de hereditate de Orio Oriz, viij. varas de bragal de veteri, et Hospitale tollit inde ij. cubitos; et de illa Martinus Suariz cum propinquitate sua, qui dant j. varam de bragal, et de hereditate que fuit de Petro Cardade de Rial cum germanitate sua, medium bragal, et de hereditate que fuit Marie Suariz de Gaviam, iij. varas de bragal. Item, de Suerio Vilar, j. vara de bragal cum germanitate sua, et filii et nepotes de Pequena cum germanitate sua, j. vara de bragal, et filii et nepotes Aldare Suariz cum germanitate sua dant ij. varas de

[1] **B.** qua—[2] **B.** in—[3] **B.** canpo—[4] **B.** *Falta.*

[1] *Acrescento marginal.*—[2] **B.** dat—[3] **B.** ebdoma

bragal, sicut audivit dicere. Et iste iiij.^{or} vare de bragal sunt de illa fogueira que fuit de Oyro Oriz; et de Rial dant ij. gallinas, unde dant medium bracale. Et in ista parrochia intrat maiordomus Domini Regis et pectant vocem et calumpniam. Item, dixit quod cautum et honor novus et forarii Domini Regis non sunt ibi, et ame militum non sunt ibi, preter Suerius Vilar et Pelagius Neto et Martinus Gunsalvi qui nutriverunt filios militum, et non intrat ibi maiordomus.

Johannes Pelaiz Baldoy, Dominicus Petri, Suerius Vilar, Petrus Martini, Martinus Suariz, Johannes Martiniz, Petrus Petri, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Martinus Fernandi diaconus.

Item, in collatione Sancti Juliani de Costoyoos.—Menendus Suariz, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus, sed habet ibi Dominus Rex regalengum in casalibus et in leiris; et casalia sunt duo, quorum unum est in Costoyoos, et habet octauam partem medietatis ipsius ville; et preter hoc locus, qui dicitur mortuarium de Cardoy, est assignatus isti casali, de quo casali tale est forum, scilicet, de omni quod laborat et etiam de vino dat terciam partem Domino Regi annuatim, et pro Sancto Johanne dant pro fugacia, inter se et maiordomum, j. taligam de centeno et vj. denarios de collecta, et pro Sancto Michaele, j. bragal et ij. capones cum x. ovis, et pro Natale, j. spatulam viiij. costarum sine pede cum j. denario, et dant pro Carniprivio a iiij.^{or} ovibus, et ultra dant j. cordarium, sin autem, j. cabrito, et pro loitosa, j. morabitinum. Item, dixit quod de medietate istius ville non habet Dominus Rex suam octavam partem, sed in multis locis accipiunt eam sibi, tam milites quam ordines quam ecclesie et herdatores. Et si jugueiro qui sedet in casali Domini Regis vult laborare alicubi in sua octava parte, minantur ei usque ad mortem, et non audet, sed dicit quod cito depopulavit casale propter metum illorum, et quia non habet unde det directuras Domino Regi, }et tenet cartam istius Regis{ [1].

De casali vero de Roorigo, hoc forum faciunt Domino Regi, scilicet, de omni quod ibi laborat et etiam de vino dat terciam partem Domino Regi annuatim, et dat pro domo et pro exitu j. bragal pro Sancto Michaele; et casale istud male paratum est, quia duo milites et unus clericus diviserunt illud inter se, quia dicunt quod eorum pater, Fernandus Roderici judex de Vermuy, quondam tenebat illud per cartam Regis Domini Sancii ij. Et de istis duobus casalibus regalenguis vocant maiordomum ad colligendum panem et ducunt eum ad servizariam Domini Regis de Villa Nova. Item, jacet in Barrenia j. leira. Item, in Gendo j. leira vinee, et quando non erat vinea, dabat de [2] ea ecclesia Sancti Jacobi de Antis annuatim Domino Regi iij. almudes de pane; et facta vinea, non dant vinum nisi panem. Item, dixit quod audivit quod in pede Pontis Retorte jacet j. leira regaenga. Item, dixit quod casale de Poydo fuit de Domna Luppa que mortua fuit sterilis, factum est regalengum Domini Regis, et ipse vidit propriis occulis hoc, sed Fernandus Ladrom jugrar [1] petivit casale illud Domino Regi Alfonso, patri istius, qui dedit illud sibi per cartam suam; et vidit judicem Domnum Ramirum et Gomecium de Ruppela, intregantes predictum Fernandum Ladrom de dicto casali. Et post, per intervalla tempororum, iste Fernandus Ladrom imprazavit se cum ecclesia Sancti Jacobi de Antis et ad mortem suam remansit dictum casale ipsi [2] ecclesie.

Item, dixit quod cautum et honor novus et fossadarie non sunt ibi, sed est in Fonteelo honor vetus Domni Arie Pelagii, divisus et assignatus per loca. Sed in loco qui dicitur Pugdia pectant vocem et calumpniam, et solebant dare pedidam; et in Costoyoos intrat maiordomus Domini Regis et pectant vocem et calumpniam, et dant pididam de tribus locis, scilicet, de casali de Rippario et duo casalia de Villa Mediana, sed in Costoyoos nutriverunt iiij.^{or} filios militum noviter et milites comparaverunt ibi duo casalia, et de istis talibus perdit Dominus Rex suum directum. Et ista compera est de tempore Domini Regis Sancii secundi. Item, dixit quod forarii Domini Regis non sunt ibi, preter Martinum Dominici et Johannem Dominici, quos audivit dicere esse forarios de Sarraos.

Martinus Martiniz, Johannes Pelaiz, Gunsalvus Menendi, Menendus Suariz, Gunsalvus Petri, Dominicus Johannis, Martinus Martiniz, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Menendus Suariz.

/fl. 20 *Item, in collatione Sancte Locadie [3] de Fradelus.*—Martinus Johannis abbas [4], juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus, sed habet ibi Dominus Rex suum regalengum divisatum et bene demarcatum in leiris, scilicet in Seixo, ij. leiras. Item, in Canavela j. leiram. Item, in Carvaliosa, j. leiram. In cima de Acheda, j. leiram. }Item, in carreira de Varze(a), ij. leiras de medietate{ [5]. Item, Tras o Corrogo, iij. leiras. Item, in Revorido, j. leiram. Item, Super Ripas, j. leiram. Item, in Presa, j. leiram. Item, in [6] Retorta, ij. leiras. Item, in Paradenario, ij. leiras. Item, in Pumar, j. leiram. Item, in Cortinaes, ij. leiras. Item, in Fradelus, j. leiram, medietas Domini Regis et medietas de Outeiro; et fecerunt ibi unam domum et non faciunt forum Domino Regi de ipsa domo. Item, in porto de Caes, ij. leiras, una ultra et alia citra. Item, in Troyte, ij. leiras. Item, in Lamas, j. leiram. Item, in Agro Meiano, ij. leiras. Item, in Spadanal, j. leiram. Item, in Pinario, ij. leiras. Item, in Vargaado, iiij. leiras. Item, in Quartas, j. leiram, et sunt inde ij. partes Domini Regis. Item o Covelo et Seram et o Barrio et Armosenda et Sovelesso et

[1] *Escrito na margem.*—[2] **B.** pro

[1] **B.** jograr—[2] **B.** ipse—[3] **B.** Loocadie—[4] **B.** *acrescenta:* ipsius ecclesie—[5] *Vid. p. 1413, col. 2.ª, nota 1.*—[6] **B.** *Falta.*

Fravegas et Valinas et Souto et Avessada et loco qui dicitur Quartas et una leira in Spadanal et Linar de Goda sunt regalenga Domini Regis in medietate, et in medietate sunt in testamenta ipsius ecclesie, sed in unica sola leirula[1] in Sarili habet Dominus Rex quartam partem, et ipsa ecclesia iij. partes. Et de omnibus istis leiris dant Domino Regi annuatim terciam partem in ratione et vocant maiordomum Domini Regis ad colligendum panem. Item, de ista collatione dant Domino Regi annuatim de fossadaria pro Sancto Cipriano, scilicet, de hereditate que fuit Suerii Petri, ij. varas de bragal. Item, da leira de Pumar, j. gallinam, et ille due vare Suerii Petri erant iij. de veteri, sed quia comparavit ibi Petrus Fafiz miles, tempore Regis Domini Sancii primus, perdit j. varam de bragal; et in villa de Fradelus intrabat maiordomus Domini Regis, pro voce et calumpnia. Sed quia Martinus Petri alferat comparavit ibi unicum solum terrenum, deffenduntur modo x. casalia ab omni jure regali. Item, in hereditatibus de Paredes Rubeis, scilicet, x. casalibus que pertinent isti parrochie, dant Domino Regi annuatim de collecta vj. vj. denarios et habent tale forum sicut subscripta casalia regalenga Sancti Mametis. Item, dixit quod cautum et forarii Domini Regis non est ibi, sed tota parrochia est ita honorata quod maiordomus Domini Regis non mittit ibi pedem.

Johannes Pelaiz, Petrus Suariz, Pelagius Johannis, Martinus Petri, Petrus Martiniz, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Martinus Johannis abbas.

Item in collatione Sancti Mametis de Rivo Veyram.— Alfonsus Suariz, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus, sed habet ibi xxv. casalia regalenga, et decem ex his dant decimas suas ecclesie Sancte Leocadie de Fradelus, quorum omnium casalium tale est forum, scilicet, dant Domino Regi annuatim de omni culto terciam partem, et de arruptea et etiam de vino quartam partem, et dant pro eyradiga singulos quartarios per mensuram Vimaranis de suo libere, et pro Sancto Johanne dant singulos franganos et vj. vj. denarios de collecta et singulas taligas de centeno pro fugacia quas debent segare in agro per mensuram Vimaranis, et pro Sancto Michaele singulos bragales et ij. ij. capones cum x. x. ovis, et pro Natale Domini singulas spatulas viiij. costarum sine pede cum j. denario, et pro Carniprivio a iiij.^{or} ovibus et ultra dabunt singulos cordarios, sin autem singulos cabritos, et si nichil habuerint, viij. viij. denarios dabunt, et pro loitosa singulos morabitinos; et quicumque ibi comparaverit unum de istis casalibus aut populare voluerit, si depopulatum fuerit, dabit j. carnarium pro intrada. Et non pectant vocem et calumpniam[2] exceptis iij. et pro sanguine de super occulis pectabit j. carnarium, si percusserit vicinum suum de ipso loco et in ipso loco, et vocant maiordomum Domini Regis ad colligendum panem, et debent ducere panem ad cellarium de Villa Nova, et debent mensurare per brachia milium viridem et custodire illud; et quando dederint maiordomo Domini Regis debent mensurare manu apposita.

Item, dixit quod de ista collatione dant Domino Regi annuatim de fossadaria pro Sancto Cipriano, scilicet de casali Suerii Arie, v. varas de bragal; et Petrus homo miles comparavit et acquisivit ibi et tollit inde j. varam minus medietate unius quinte.

Item, de casali Ousende Arie, iiij. varas de bragal. Item, de casali Marie Arie, iij. varas de bragal. Item, de casali Aldare Arie, iij. varas de bragal. Et casalia regalenga tenent homines per cartas patris et avii istius Regis, et homines de ista collatione, exceptis regalenguis, dant de vita maiordomo Domini Regis qualem habent, et in tota ista parrochia pectabant vocem et calumpniam, et intrabat ibi maiordomus Domini Regis et dabant ei pedidam, preter in Zao, quod est honor vetus Hospitalis et modo noviter. Nunus Petri de Barvosa defendit Bragadela et Ferreirus in quibus sunt novem casalia, nulla alia occasione adhibita, preter quod dicunt quod in Bragadela fuit nutrita filia Fernandi Martini avunculi sui, et dicunt quod in Ferreirus pausabat avus suus et pater. Verumtamen adhuc non sunt duo mense *(sic)* elapsi quod in predictis locis intrabat maiordomus Domini Regis, et pectabant vocem et calumpniam et pedidam. Item, ordines et milites nichil amplius acquisierunt ibi de novo, preter quod ipsa ecclesia comparavit ibi de hereditate Suerii Arie. Item, forarii Domini Regis non sunt ibi.

Domnus Vincencius, Menendus Arie, Domnus Julianus, Domnus Alfonsus, Johannes Menendi, Dominicus Gunsalvi, Martinus Johannis, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Alfonsus Suariz abbas ipsius ecclesie.

Item, in collatione Sancti Salvatoris de Zaoes.—Petrus Stephani, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus, sed habet ibi regalengum, scilicet, in Geestosa, j. leiram. Item, circa Linar de Pipi, j. leiram, de quibus dant Domino Regi annuatim singulos almudes de pane in censoria aut terciam partem in ratione. Item, in Arruffi est unum castenarium, de quo dant annuatim j. franganum et v. ova in censoria. Item, dant Domino Regi annuatim de fossa[daria] pro Sancto Cipriano, scilicet, in Zapateiras, j. bragal.

Item, de hereditate de Outeiro, j. vara de bragal. Item, de hereditate Petri Garcie, iiij. varas de bragal. Item, de hereditate Petri Didaci, iiij. varas de bragal. Item, de hereditate Domni Fafie, j. vara de bragal. Item, de hereditate Elvire Carvalie, j. denarium, et archiepiscopus Johannes Egee comparavit ibi et tollit inde mediam varam Domino Regi annuatim, et Hospitale aliam mediam. Item, dixit quod ista parrochia non intrat maiordomus,

[1] **B.** reirula—[2] **B.** *acrescenta:* et

quia in Zaoes est honor vetus Hospitalis, et locus qui dicitur Paacio est honor vetus Pelagii Pele militis, qui vendidit eam mercatoribus, et sic per hoc ad illud maiordomus non intrat ibi.

Item, dixit quod forarii Domini Regis non sunt ibi nec honor novus nec cautum nec ame militum nec laborant extra nec majus forum faciunt nec fecerunt.

Petrus Gunsalvi, Dominicus Martiniz, Michael Burro, Johannes Michaeliz, Domnus Benedictus, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Petrus Stephani, abbas ipsius ecclesie.

Item, in collatione Sancti Cosmadi.—Petrus Petri, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus, sed habet ibi regalengum in leiris assignatum et demarcatum, et est de casalibus de Saa que debent esse vij. casalia, quorum tale est forum quale est forum de Pradaoso in omnibus et per omnia, sicut superius est expressum de verbo ad verbum, in collationibus Sancti Andree de Pradaoso et Sancti Salvatoris de Lemini |sed isti debent furtum novi(es componere) et tenent inde cartam istius (Domini Regis)|[1]. Item, de ista collatione dant Domino Regi annuatim de fossadaria pro Sancto Cipriano, scilicet, de casalibus de Vilar, viij. varas de bragal. Item, in Caveis de hereditate Pelagii Tivoosa, ij. varas de bragal. Item, de quintana de Vermudo Onriguit, ij. varas de bragal. Item, de hereditate monasterii de Tivaes, /fl. 20 v.° xij. varas de bragal, et Petrus Bravus tollit istam[2] fossadariam totam, et tollit inde vocem et calumpniam quam pectabant, et tollit inde pausam de maiordomo[3] que erat et vitam etiam ipsius maiordomi Domini Regis; et tollit etiam inde ipse Petrus Bravus annuatim Domino Regi j. morabitinum de pedida quam dabant maiordomo Domini Regis, et hoc totum tollit quia acquisivit hereditatem ipsam de monasterio de Tiviaes. Et fecit ibi v. casalia et facta erant, et fecit ibi honorem novum et casam de morada circa regalengum Domini Regis. Item, in Barrio de quintana de Calvis, iij varas de bragal. Item, de casa de Fonte, j. denarium. Item, de Quinteela, ij. varas de bragal. Item, de Pena, iij. varas de bragal. Item, de quintana de Cabelete, ij. varas minus tercia, et Domine de Carrazedo tollunt[4] istam propter comparacionem ipsius hereditatis. Item, de hereditate Dominici Pardo cum germanitate sua, j. vara et tercia. Item, de hereditate Menendi Arie, ij. varas de bragal. Item, de antica fossadaria defficiunt due vare et[5] ij. denarii et medacula; et nescit ubi jacent nec quis debet eas dare.

Item, dixit quod in ista collatione pectant vocem et calumpniam, exceptis honoribus veteribus qui ibi sunt, et multis locis in quibus Hospitale erecxit cruces suas et posuit eas in introitu villarum, et tamen nichil percipit de villanis nisi spatulas aut aliquod simile pro incensoria, per quod se defendunt a voce et calumpnia et a pedida maiordomi Domini Regis, et isti tales multi sunt in parrochia ista, et ita multum amittit ibi Dominus Rex de juribus suis. Item, dixit quod cautum et forarii Domini Regis et ame militum non sunt ibi.

Petrus Suariz de Lourido, Petrus Lourido, Dominicus de Pena, Johannes Pelaiz, Dominicus Pardo, Johannes Fernandi, jurati et interrogati, in omnibus et per omnia sicut Petrus Petri abbas.

Item, in collatione Sancti Petri d Ermeriz.—Menendus Suerii, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus, sed habet ibi Dominus Rex suum regalengum in leiris, scilicet, campus de Oural sicut est demarcatus. Item, circa campum ipsum, j. leira. Item, in loco qui dicitur Fregia, j. leira et est medietas Domini Regis et medietas Sancti Jacobi de Antis. Item, in Lavegadas, iij leire. Item, ontrambas Aldoras, ij. leire. Item, in Travessas, j. leira. Item, in Soutelo, j. leira. Item, in Caput de Mula, j. magna peza. Item, in Feixe, j. campus magnus. Item, in Codesoso, j. leira. Item, in Requeixo, j. campo. Item, in pomar de Sancia, j. leira de medietate. Item, de fontibus sub Marinario, j. taligam de pane. Item, in vinea de Barriis, que est Dominici Cochom, ij. leiras de vinea.

Item, in Arelios, j. leira vinee, cujus medietas est regalenga et medietas ipsius ecclesie. Item, in Agrela, j. leira. Item, in Maoaldi, j. leira. Item, in campo de Autela, j. leira. Item, in Cortinas, j. leira, cujus quarta pars est Domini Regis. Et de predictis leiris omnibus, tam in vineis quam in hereditatibus, dant terciam partem Domino Regi.

Item, sub via, in leira de Astreiro, j. leira, de qua Dominus Rex habet decimam partem in ratione. Item, de campo de Rippa, j. almude de pane d estiva. Item, de cortinali Menendi Suerii et Suerii Suerii, j. alqueire de pane. Item, de Lamas de Portela, j. almude de pane. Item, de Fromariz dat Dominicus Cochom et frater ejus j. taligam de pane. Item, ipsi de vinea que jacet in Fontina, j. taligam de pane. Item, de loco qui dicitur Cortinas j. taligam de pane. Item, de Agrelo de Catavido dant j. taligam de pane. Item, de casali de Outeiro quod est ipsius ecclesie, j. almude de pane. Omnes iste rationes dantur Domino Regi annuatim de istis locis, sive habeant sive non, et vocatur vulgariter estive, et dant eas per mensuram Vimaranis |(et) dant talem eyradigam qualem (d)ant de quebradas Sancti Michaele de Costoyas (et) vocant maiordomum (Dom)ini Regis ad colligendum (p)anem. Et si Dominus Rex fecerit (c)ellarium, levabunt panem (ad) Villam Novam|[1]. Et de omnibus leiris istis dant Domino Regi annuatim pro directuris regalenguis iij. capones et j. franganum cum xxx. iij. ovis.

[1] *Vid. p. 1413, col. 2.ª, nota 1.*—[2] **B.** ipsam—[3] **B.** *acrescenta* Domini Regis—[4] **B.** tollent—[5] **B.** *Falta.*

[1] *Vid. p. 1413, col. 2.ª, nota 1.*

Item, dixit quod audivit dicere quod quidam ferrarius occidit unum sayonem Domini Regis et tota ejus hereditas facta est regalenga, et filii Domni Petri Roderici de Pereira et Valascus Laurencii de Cunia tenent modo ipsam hereditatem que etiam vulgaliter vocatur regalenga, et ipsi milites dicunt quod tenent inde cartam, sed ipse nunquam vidit nec scit inde partem. Item, dixit quod audivit dicere quod Menendus Pelagii fuit maiordomus istius terre, qui non potens persolvere rendam Domino Regi habuit vias suas. Hereditatem autem suam quam habebat in Cacavido acceperunt parentes ejus et tenent eam et nichil inde potuit habere Dominus Rex, nec habet.

Item, dixit quod audivit dicere quod Rodericus Gunsalvi acquisivit ibi hereditatem de amadigo et fecit ibi quintanam suam et volebat deffendere quod maiordomus Domini Regis non intraret in Ermeriz quod est cautum Domini Regis de Vila Nova, in quo nullus miles qui naturali non sit de ipso loco non debet habere maladiam nec hereditatem. Sed quamvis ipse prohibebat quod maiordomus non intraret in Ermeriz, nunquam potuit in hoc voluntatem suam adimplere quia ricushomo terre non sufferebat ei. Et iste testis vidit propriis occulis ibi maiordomus Domini Regis introeuntem, et Dominicus piliteiro testis similiter, sed post venit filius suus Petrus Roderici, mortuo patre, ad dictum locum et cepit extorquire homines de Ermeriz herdatores et levare de illis spatulas et fugazas et geiras super barbas suas et facere illis multa mala. Et sic ex illo tempore non intrat ibi maiordomus, et multi deffenduntur per hoc a dominio regio sed non a servitute militum, licet in cauto Domini Regis sint. Et etiam Petrus Roderici, parvo tempore ante mortem suam, dedit medietatem istarum non directurarum Valasco Laurencii de Cunia de propriis hereditatibus rusticorum. Item, dixit quod forarii Domini Regis sunt ibi, scilicet, Petrus Petri et genus Pelagii Sarrani. Item, dixit quod maiordomus Domini Regis intrat in Cacavido et intrabat in tota parrochia, ut audivit, sed postquam facta fuit ibi quintana illa de Pereira in illo amadigo, tantum prohibitus fuit maiordomus ut non intraret in tota parrochia in qua solebat intrare. Et etiam intravit post facturam ipsius quintane, et propter hoc nichil habet ibi Dominus Rex.

Petrus Lusio, Dominicus Cochom, Gunsalvus Cacavido, Suerius Targam, Martinus Laurentii, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Menendus Sueriz abbas.

Item, in collatione Sancti Michaelis de Costoyas.—Suerius Suerii, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus, sed habet ibi Dominus Rex viiij. jugarias bene divisatas et demarcatas, de quibus dant Domino Regi annuatim, scilicet, de ultra rivum terciam partem tocius fructus, et de citra rivum similiter, excepto quod de vino et milio dant medietatem in uno anno et terciam in alio anno, et pro eyradiga singulos sextarios inter milium et centenum, et pro directuris singulos capones cum x. x. ovis et singulos merendales de iij. iij. varas de bragal; et habet ibi Dominus Rex regalengum suum in leiris, scilicet, de vinea Petri Martini quam habet in Figueiras, in uno anno dat medietatem fructus, et in alio, terciam Domino Regi annuatim, et pro eyradiga inter se et maiordomum j. puzal de vino. Item, de vinea Martini Johannis que jacet in cortinali de /fl. 21 Figueiras similiter, et pro eyradiga, (de xij quartis, unam de vino. Item, ibidem)[1] de vinea Gunsalvi Michaelis, similiter. Item, ibidem de leira que fuit Suerii de Burgo, similiter. Item, in cortinali de Fervenza, similiter.

¦Item, in Novaes j. leira, de qua dant terciam partem panis et j. capom ovis[2] pro directuris¦[3]. Item, in cortinali ecclesie est[4] j. leira vinee, cujus due partes sunt ecclesie et tercia Domini Regis, de qua dant Domino Regi annuatim similiter. Item, in Lamela j. leira, similiter. Item, in campus qui vocatur Carvaloyno, j. leira, similiter. Item, in Lameiro, ij. leire, similiter. Item ibidem, alia leira, cujus due parte *(sic)* sunt ipsius ecclesie et tercia Domini Regis, similiter.

Item, dixit quod omne que tenebat Suerius de Burgo de hereditate Domini Regis sunt quebrade, et quantum est in ratione habent tale forum sicut jugarie. Item, campus de Ripas, de quo dant terciam partem panis.

Item, in[5] Linares j. leira. Item, inter Barriale et Palacio est unum ressio in quo sunt castenaria, cujus tercia pars est Domini Regis et due partes aliorum. Et dant de illis terciam partem in ratione Domino Regi, et de istis quebradis de locis assignatis dant Domino Regi annuatim vj. capoes et j. franganum et LXV. ova[6], et vocant maiordomum Domini Regis ad colligendum panem, et debent levare illum ad servizariam de Villa Nova si Dominus Rex aut ricushomo terre fecerit ibi cellarium. Et de Barrio Malo dant de hereditate foraria Domini Regis, scilicet, pro foro ij. spatulas ij. fugacias centenas de v. v. mondas, quales facit rusticus in domo sua, et pro fossadaria, viij. varas de bragal. Et est ibi pausa de maiordomo Domini Regis et debent ire ad castellum una die quacumque ebdomada, et debent preconizari in sua parte terre et debent facere ramadam in servizarie et dare lignam ad focariam Domino Regi vel ricohomine, a Sancto Martino usque ad Carniprivium; et dabant ligna ista de devesa de Barrada et modo dant de Ameal Ville Nove, et quando ibi dederint geiram istam, non dabunt castello geiram. Item, in Burgo, de hereditate que fuit Arie Ooriz, dant annuatim de fossadaria v. varas de bragal.

Item, dixit quod audivit dicere quod in loco qui[7] dicitur Ermias fuit quoddam molendinum de veteri, et dabant de illo Domino Regi annuatim viij. varas de bragal. Item, dixit quod in ista parrochia pectant vocem et

[1] *Vid. p. 1410, col. 1.ª, nota 5.*—[2] **B.** x. ovis—[3] *Acrescento marginal da mesma mão do texto.*—[4] **B.** *acrescenta* ibi—[5] **B.** de—[6] **B.** ovos—[7] **B.** *Falta.*

calumpniam et intrat ibi maiordomus, sed in Barrimao comparavit hereditatem Fernandus Facundi miles, et in Burgo nutriverunt Petrum Facundi militem, et tamen in his duobus locis intrat maiordomus Domini Regis; et in Alcouze nutriverunt quandam sororem Petri Roderici de Pereira, et non mitit ibi pedem maiordomus Domini Regis, et defenduntur per illam quinque; et in loco qui dicitur Costoyas Martinus Petri miles fecit ibi quandam quintanam et non habebat ibi quintam partem casalis aut parum plus, sed comparavit et acquisivit, et per hoc defendit modo sex quia non mittit ibi maiordomus pedem propter illum. Item, in quintana que fuit de Conlaza non fuit aliquis nutritus, sed ipsa mulier que vocatur Conlaza levata fuit ad Pereiram et nutrivit illuc Rodericum Gunsalvi, et propter hoc deffenditur locus iste.

Item, dixit quod in loco qui dicitur Barrial Gunsalvus Fugaza invitavit Petrum Roderici et uxorem suam ad prandium in ipso loco, et recepit ibi eorum filium pro filio suo, et ex illo tempore est locus taliter honoratus quod non habet ibi maiordomus passum pedis. Et ibi in Barrial sunt duo casalia que, ut audivit, comparavit Petrus Menendi miles ante mortem patris istius Regis, et est ibi modo honor suus et filiorum suorum. In aliis vero locis dant pedidam, sicut solitum est, maiordomo Domini Regis.

Item, dixit quod dant Domino Regi annuatim de stivas, scilicet, de hereditate quam comparavit Fernandus Facundi miles de j. leira de Revorido, j. almude de pane, et de leira quam tenet Domnus Julianus in Revorido, j. almude de pane. Item, de leira do Agro, j. taligam de pane. Item, de campo de Agrelo, iij. almudes de pane. Item, de leira de Agra, iij. almudes de pane. Item, dixit Gunsalvus Dominici de Fonteela[1] comparavit de ista hereditate foraria Domini Regis, scilicet, j. leiram in loco qui dicitur Agro, et non vult facere forum nec dare eam forario.

Johannes Pelaiz, Domnus Durandus et Petrus Filio et Domnus Stephanus et Julianus Petri et Petrus Martiniz et[2] Petrus Martiniz de Lagea, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Suerius Suerii abbas.

Item, in collatione Sancti Jacobi de Antas.—Johannes Petri abbas, juratus et interrogatus, dixit quod Dominus Rex non est patronus, sed habet ibi regalengum et est assignatum casalibus regalenguis de Pena Mala.

Item, in Cinzaes est quarta pars unius casalis noviter populati, et dat quartam partem de directuris omnibus et in omnibus, sicut unum de casalibus regalenguis Cavaloes; sunt etiam ibi alia regalenga, sed pertinent Ville Nove. Item, dant Domino Regi annuatim de fossadaria pro Sancto Cipriano, scilicet, de casali Martini Portela ij. varas de bragal. Item, ibidem Dominicus Pardo cum

[1] **B.** Foonteela—[2] **B.** *Falta.*

sua germanitate, iij. varas mediam de bragal. Item, Facundo Petri, iiij. varas de bragal. Item, de casali de Tousendaos Petri Pardi, viij. varas de bragal. Item, de casali Johannis Martini de Riali, iiij. varas de bragal. Item, de casali Menendi de Riali, iiij. varas de bragal. }Item, de quintana de ponte de (Vi)lar dant mulieres qui (ibi mo)rantur viij. varas (de bragal)}[1]. Item, de casali Martini Cabreiro, iiij. varas de bragal. Item, de casali Petri Boyia, iiij. varas de bragal. Item, de casali Dominici Petri, iiij. varas de bragal. Item, de casali Petri Dominici, iiij. varas[2]. Et omnia ista dicta casalia sunt ecclesie Sancti Jacobi de Antas et habet eas de testamentis.

Item, de quintana[3] herdatorum de Antis Superioribus, iiij. varas de bragal, et clerici herdatores tollunt inde ij. varas. Item, dixit quod in seara de Romariz, que est ipsius ecclesie, est regalengum et dat de eo annuatim Domino Regi j. sextarium de pane per mensuram Vimaranis. Item, dixit quod de istis casalibus nullum acquisivit ecclesia post mortem patris istius Domini Regis, et milites et ordines nichil habent ibi.

Item, dixit quod in ista parrochia pectant Domino[4] Regi[4] vocem et calumpniam, et intrat ibi maiordomus et dant ei de vita qualem habent; et de istis locis dant ei pedidam, scilicet, in tribus casalibus que sunt in Vilar et in duobus que sunt in Antis et in tribus que sunt in Rial, et ista septem casalia sunt ecclesie Sancti Jacobi de Antis et dant maiordomo Domini Regis, de pedida, vj. vj. solidos per tres vices in anno divisos. Item, ibidem in Rial est unum casale ipsius ecclesie et dat mediam pedidam, et de casali de Toysendaos dant mediam pedidam. Item, in Cinzaes dant pedidam integram.

Item, dixit quod in[5] duobus casalibus de Portela nutriverunt duos filios Domni Facundi militis, et deffenduntur per hoc iiij.or casalia ibidem. Item, in Toysendaos nutriverunt filium Petri Facundi militis. Item, in casali de Martino Cabreiro nutriverunt filiam Petri Menendi militis. Item, in casali Petri Boyia nutriverunt duos filios Domni Facundi militis. Item, in quintana de Antis Pelagii Formosi nutriverunt filiam Menendi Pelagii de Gemundi. Et in istis locis omnibus non intrat maiordomus nec dant pedidam nec pectant vocem et calumpniam, sed dant fossadariam. Item, dixit quod cautum et honores novi non sunt ibi et forarii Domini Regis non sunt ibi.

/fl. 21 v.o Facundus Petri, Petrus Gunsalvi, (Petrus Boyia, Dominicus Johannis, Petrus Dominici)[6], Martinus Portela, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Johannes Petri abbas.

Item, de monasterio Sancti Silvestri de Riquiam.—Petrus Gometii, prior ipsius monasterii, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus, sed monasterium de Riquiam habet cautum suum per patro-

[1] *Vid. p. 1413, col. 2.ª, nota 1.*—[2] **B.** *acrescenta:* de bragal,—[3] **B.** quintanas—[4] **B.** *Falta.*—[5] **B.** *Falta.*—[6] *Vid. p. 1410, col. 1.ª, nota 5.*

nes cautatum a Domino Rege Sancio ij.º, et comparatum ab eo pro quingentis morabitinis qui videlicet Dominus Rex dedit eis cartam suam et quantum ad ipsum pertinebat in ipso cauto. Item, dixit quod habet unam devesam in loco qui dicitur Covas, et quocienscumque vult scindere in ipsa devesa dat maiordomo Domini Regis j. quartam de vino per mensuram Vimaranis, ibi in devesam. Item, dixit quod in loco qui dicitur Covas sunt duo altaria, et unus est Sancti Felicis de Requiam et aliud[1] est Sancte Christine de Domino Rege; et hereditas ipsius loci est medietas de Requiam et medietas Domini Regis foraria de presso et de preconizari terram. Item, dixit quod in Ninaens sunt xij. casalia et tenet ea de Hospitali Johannes Rotondus. Item, dixit quod honor novus et ame militum et forarii Domini Regis non sunt in cauto nec extra cautum, nec aliquis est ibi qui laboret extra cautum hereditates forarias seu regalengas Domini Regis, nec aliquis acquisivit post mortem patris istius Domini Regis.

Petrus Martiniz, Johannes Petri, Petrus Marzalo, Martinus Fuseiro, Petrus Mazela, Petrus Prantel, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Petrus Gomecii prior.

Item, in collatione Sancti Salvatoris de Lagoa.—Martinus Petri, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus, sed habet ibi regalengum demarcatum et assignatum tribus casalibus regalenguis de Pena. Item, dixit quod est unus campus in vinea istius ecclesie et dant Domino Regi de foro annuatim j. sextarium de pane per mensuram Vimaranis, et de loco qui dicitur Torrente dant duas partes de j. vara de bragal pro fossadaria annuatim; majus forum non faciunt nec fecerunt, et in ista parrochia pectant vocem et calumpniam et intrat ibi maiordomus preter in quintana Gunsalvi Menendi que est honor vetus Fernandi Bispo. Item, dixit quod ista ecclesia et milites et ordines nichil acquisierunt ibi a tempore patris istius Domini Regis, et cautum et honor novus et ame militum non sunt ibi, et forarii Domini Regis non sunt ibi.

Petrus Johannis, Petrus Menendi, Dominicus Menendi, Johannes Garcie, Petrus Pelaiz, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Martinus Petri abbas.

Item, in collatione Sancte Marie de Abbate.—Petrus Fernandi, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus, sed habet ibi regalengum demarcatum et asignatum casalibus regalenguis de Pena Mala; et sunt tria casalia quorum tale est forum, scilicet, dant de omni fructu terciam partem in ratione Domino Regi, excepto quod de vino et de arrupteas dant quartam partem, et pro eyradiga inter se et maiordomum dant[2] vj. vj. taligas inter milium et centenum, et pro Sancto Johanne dant pro fugacia inter se et maiordomum singulas taligas de centeno cum[3] singulis denariis, et vj. vj. denarios de collecta et singulos franganos de lino et singulos franganos de eyra, et dant pro Sancto Michaele annuatim singulos bragaes[1] et ij. ij. capones cum v. v. ovis, et pro Natale Domini dant singulas spatulas viiij. costarum sine pede cum singulis denariis, et pro Carniprivio a quinque ovis et ultra dant singulos cordarios, sin autem singulos cabritos, et si horum aliquis non habuerit, dabit viij. viij. denarios, et pro loitosa dant singulos morabitinos. Et aliis vero omnibus, casalia ista sunt populata ad forum de Lemini, secundum quod expressum est in carta istius Domini Regis quam ipsi populatores tenent. Item, dant Domino Regi annuatim de fossadaria pro Sancto Cipriano, scilicet, de Toysendaos de Domna Ermesenda, j. bragal, et debet ibi pausare maiordomus Domini Regis et est pressum de ganato de foro. Item, de quintana Petri Garcie, ij. varas de bragal. Item, dixit quod habet parrochianos intus in cauto de Riquiam, et accipit ipsam prior de Riquiam, qui dicit quod Dominus Rex Sancius ij.us dedit illi quantum habebat in ipso cauto, sed ego Matheus Menendi frater Sancti Vincentii respondeo quod hoc non vidi nec legi in carta ipsius cauti que mihi monstrata fuit, et similiter dicunt domini et socii mei inquisitores. Item, dixit quod ista ecclesia et ordines et milites nichil acquisierunt ibi post mortem patris istius Domini Regis. Item, dixit quod honor novus et cautum et forarii Domini Regis et ame militum non sunt ibi, et in ista parrochia pectant vocem et calumpniam et intrat ibi maiordomus Domini Regis {preter quintana que fuit Vermudi Didaci}[2] et dant pedidam in casali Sancte Marie de Abade quod est de cima de villa. Item, dixit quod Petrus Moniz miles fecit honorem novum et casam ubi numquam fuit de veteri, sed dicebat quod faciebat illam in unum de casalibus honoratis de quintana Fernandi Bispo.

Tome Gunsalvi et Johannes Pelaiz, Dominicus Johannis Pedreiro, Petrus Durandi, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Petrus Fernandi abbas.

Item, in collatione Sancti Martini de Avidus.—Johannes Johannis, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus et non habet ibi regalengum, sed de fossadaria dant Domino Regi annuatim, scilicet, de hereditate que fuit Domne Judee viiij. varas de bragal. Item, de hereditate de Lagona in Avidus Superiori de Stephania, viij. varas de bragal. Item, ibidem nepotes Petri Neto, iiij. varas de bragal. Item, in Prazaiis de casali Sancti Jacobi de Antis, iiij. varas de bragal. Item, in Penso de casali de Lagona, iiij. varas de bragal. Item, ibidem in Penso de casali Sancti Tirssi, iiij. varas de bragal. Item, de casali Sancti Jacobi de Antis, j. ansar. Item, dixit quod honor novus et forarii Domini Regis et ame militum non sunt ibi et ideo maiordomus Domini Regis intrat ibi et pec-

[1] **B.** alius—[2] **B.** *Falta.*—[3] **B.** com

[1] **B.** bragales—[2] *Escrito á margem pela mesma mão.*

tant vocem et calumpniam, preter in cauto de Nandin in quo habet parrochianus et preter honorem veterem que fuit de Monio Arie.

Petrus Obreirus, Stephanus Petri, Petrus Artarius, Gunsalvus Petri, Petrus Silvestri, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Johannes Johannis abbas.

Item, in collatione Sancti Christofori de Cabezudos.—Petrus Martini, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus nec habet ibi regalengum, sed audivit dicere quod fuerunt ibi duo casalia regalenga et ita vocatur modo, quorum unum est in Villa Verde et aliud in Cabezudos, de quo ipsa ecclesia habet sextam partem et Domnus Petrus Roderici dicebat, dum vivebat, quod habebat /fl. 22 de eis cartam Domini Regis Sancii primi et donationem et de fossadaria dat annuati *(sic)* de duobus casalibus Sancti Tirssi viij. varas de bragal, et de casali Sancti Jacobi de Antis, iiij. varas de bragal, et de tribus istis casalibus pectant vocem et calumpniam, et intrat ibi maiordomus Domini Regis et non in aliis in tota parrochia, quia Domnus Petrus Roderici extendit terminos suos. Et dicebat quod Dominus Rex Sancius primus honoravit ei loca ipsa cum suo pendone. Item, dixit quod forarii Domini Regis non sunt ibi nec est ibi aliud de quo Dominus Rex incurrat dampnum.

Dominicus Sueriz, Domnus Silvester, Dominicus Guilelmi, Dominicus Petri, Petrus Pelaiz, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Petrus Martini abbas.

Item, in collatione Sancti Salvatoris de Beenti.—Fernandus Dominici, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus, nec habet ibi regalengum, quia tota parrochia jacet in cauto de Nandin, preter tria casalia que sunt in honore veteri de Nomanes, et nullus est in cauto qui laboret extra, nec forarii Domini Regis sunt ibi, nec honores novi super hereditatibus regalenguis vel forariis Domini Regis.

Petrus Petri, Martinus Stephani, Dominicus Petri, Fernandus Gunsalvi, Domnus Egidius, Johannes Martiniz, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Fernandus Dominici abbas.

Item, in collatione Sancti Petri de Barrio.—Dominicus Pelaiz, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus, sed habet ibi regalengum et est assignato regalengo de Armufanes. Item, dixit quod de arrotea quam tenet Pelagius Menendi dat j. almude de pane d estiva Domino Regi annuatim. Item, de hereditate quadam que jacet in Caparim et fuit de Goyna de Barrio dant Domino Regi[1] j. almude de pane d estiva. Item, dixit quod audivit dicere quod ibi in Caparim est quedam presa de aqua et in secunda feria qualibet ebdomada erat ipsa presa Domini Regis, sed nescit quanta vel quomodo, sed audivit quod dabant Domino Regi de ipsa die semel de anno j. ansarem. Item, dixit quod dant de fossadaria Domino Regi annuatim, scilicet, de casali de Agro Mediano Petri Dominici cum sua propinquitate, iiij. varas de bragal. Item, de Casali de Fontano Petri Jugrar cum sua germanitate, viij. varas de bragal et j. spatulam si habuerint porcum; sin autem, dabunt pro ea j. gallinam et j. almude de cevada, et pro Carniprivio, j. cabrito. Item, de hereditate Goyne de Barrio iiij. varas de bragal, et facit alia fora sicut casale Petri Jugrar. Et in istis duabus hereditatibus, ut audivit, debet esse presso Domini Regis, sed maiordomus mittit[1] ganatum ubi vult in ista parrochia, preter in Caparim ubi milites habent hereditates, et propter eos non audet ibi mittere pedem maiordomus Domini Regis, licet ibi herdatores sint. Et similiter, in Barrio non intrat ibi maiordomus, quia dant censorias suas Hospitali ut deffendantur a maiordomo Domini Regis. Et similiter faciunt in agro meyano et in trasfontano[2]. In omnibus vero aliis locis intrat maiordomus Domini Regis et pectant vocem et calumpniam, et in ista parrochia tenent j. bragalem furtatum Domino Regi annuatim, sed nescit quis debet illud dare. Item, de uno paredenario ipsius ecclesie, j. denarium. Item, dixit quod cautum et honor novus et ame militum et forarii Domini Regis non sunt ibi, nec majus forum faciunt nec fecerunt.

Petrus Dominici, Petrus Jugrar, Dominicus Menendi, Dominicus Petri, Suerius Petri, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Dominicus Pelaiz abbas.

Item, in collatione Sancti Pelagii de Ceyde.—Abbas non erat ibi, sed Stephanus Petri parrochianus ejus, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus nec habet ibi regalengum, quia quantum ibi habet de regalengo est inclusum in cauto de Riquiam, et prior de Riquiam accipit totum quia dicit quod comparavit illud Domino Regi Sanci ij.º Item, dixit quod non dant fassadariam in ista parrochia, preter de uno casali Sancti Jacobi de Antis, de quo dant Domino Regi annuatim iij. cubitos de bragal in fossadaria, et istud casale est in terra devassa, et tamen accipit inde fossadariam prior de Riquiam, quia dicit quod casale istud erat in cauto de veteri, et extractum est extra cautum. Item, dixit quod in tota ista parrochia intrat maiordomus Domini Regis et pectant vocem et calumpniam, sed non dant pedidam nisi in iij.or casalibus que sunt de Nandin. Item, dixit quod honor novus et forarii Domini Regis non sunt ibi nec ame militum, et illa pedida est vj. vj. solidos de quolibet casalibus per tres vices in anno diuisos.

Item, dixit quod dant Domino Regi annuatim de fossadaria, scilicet pro Sancto Cipriano, de loco qui dicitur

[1] **B.** *acrescenta:* annuatim

[1] **B.** *acrescenta:* ibi — [2] **B.** transfontano

Villa Sancti Pelagii de quintana Domni Egee, iiij. varas de bragal. Item, de quintana Domni Arie cum sua germanitate, iiij. varas de bragal. Item, de quintana Petrilino, iiij. varas minus tercia.

Domnus Stephanus et Menendus Petri et Martinus Gunsalvi et Suerius Suerii et Johannes Petri, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Stephanus Petri parrochianus ipsius ecclesie.

Item, in collatione Sancti Jacobi de Arenis de cauto de Nandin.—Petrus Sueriz, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus nec habet ibi regalengum nec est ibi honor novus nec forarii Domini Regis, et homines qui ibi sunt non exeunt foras laborare[1] nec ullum forum faciunt Domino Regi, nec aliquis est ibi de quo Dominus Rex incurrat dampnum.

Johannes Petri, Arias Petri, Johannes Martiniz, Petrus Fernandi, Petrus Menendi, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Petrus Sueriz abbas.

Item, in collatione Sancti Michaelis de Ceyde, de cauto de Nandin.—Dominicus Simeonis, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus nec habet ibi regalengum nec est ibi honor novus nec forarii Domini Regis, et homines qui ibi sunt vadunt extra laborare in hereditatibus suis propriis non forariis Domino Regi, nec aliquis est ibi de quo Dominus Rex incurrat dampnum.

Gunsalvus Onriz, Martinus Martiniz, Johannes Menendi, Martinus Fernandi, Dominicus Martiniz, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Dominicus Simeonis abbas.

Item, in collatione Sancti Jacobi de Carraria.—Gonsalvus Petri, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus /[fl. 22 v.º] dixit quod Dominus Rex non est patronus (sed habet ibi Dominus)[2] Rex suum regalengum in leiris et in casalibus, que casalia sunt quinque de quibus tale est forum, scilicet, de pane et de vino terciam partem, et pro Sancto Michaele singulos bragaes; nullum aliud forum faciunt ¦preter quod dant loitosam de singulis morabitinis, et non pectant nisi iij. calumpnias¦[3] et habent de eis cartam Domini Regis Sancii primi. Item, est ibi regalengum quod dicitur Boocas et Lamas, totum conjunctum et bene demarcatum, de quo dant Domino Regi annuatim terciam partem panis et vini, sed nullas dant directuras. Item, est regalengum in leiris, scilicet, in Pedra Redonda ij. leire. Item, in Leiradoira, j. leira. Item, tras devesa Sancti Jacobi, j. leira. Item, in[4] Agrelo, iiij. leire. Item, in Lomba, ij. leire. Item, in eira ecclesie ipsius, ij. leire. Item, in cortina ipsius ecclesie, j. leira et in Soutelo, j. leira. Item, ibi in vinea Menendi Menendi, j. leira, et de istis similiter dant Domino Regi annuatim terciam. Item, dant annuatim de ipsa ecclesia Domino Regi de foro j. almude de cevada. Item, de casali de Outeiro de Nandin, j. sextarium de cevada. Item, in Fonteela de tribus casalibus Sancti Tirssi de foro, xv. taligas de cevada <de foro> et ibi de Gontina Trea et Elvira Torgaa ij. almudes de cevada. Item, dant Domino Regi annuatim de fossadaria, scilicet, de hereditate Marie Rubee, iiij. varas de bragal et si habuerit porcum dabit j. spatulam, sin autem j. gallinam et j. almude de cevada et[1] j. cabrito. Item, de hereditate Petri Pelaiz, iiij. varas. Item, de hereditate Marie Trasmiriz[2], iiij. varas de bragal. Item, de hereditate Menendi Grande, j. bragal et terciam partem panis et vini. Item, de hereditate Marie Grande, viij. varas de bragal. Item, de hereditate que fuit Suerii Neto, viij. varas de bragal. Item, de hereditate Petri Sueriz de Paredes, iiij. varas de bragal et spatulam, si habuerit porcum, sin autem j. gallinam et j. almude de cevada, et debet dare j. cabritum. Item, de hereditate Fernandi Gurveigio iiij. varas de bragal et facit simile forum. Et omnes isti forarii dant Domino Regi loitosam et nescit quantum, et vadunt in mandatum quando eos vocant. Item, de Sagadi dant viij. varas de bragal. Item, ibi de hereditate Pelagii Ferrarii, viij. varas de bragal. Item, de uno exitu de quintana de Paredes, j. capon et x. ova in die Sancti Michaelis.

Item, dixit quod in ista collatione pectant vocem et calumpniam et dant pedidam in terra devassa, secundum quod componunt se cum maiordomo terre per tres vices in anno, et secundum quod ista fossadaria fuit de antiquo defficiunt modo viij. varas de bragal, et nescit quis debet eas dare. Item[3], dixit quod honor novus et cautum et ame militum et forarii Domini Regis non sunt ibi.

Suerius Menendi, Dominicus Croco, Petrus Petri, Dominicus Petri, Dominicus Rex, Dominicus Cornudo, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Gonsalvus Petri abbas.

Item, in collatione Sancti Felicis de Rippa de Ave.—Dominicus Petri, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus sed habet ibi novem casalia regalenga de quibus dant Domino Regi annuatim terciam partem panis et vini, et pro directuris dant pro festo Sancti Michaelis singulos bragaes de fossadaria, et dant de[4] loitosa singulos morabitinos et pectant iij. calumpnias. Nullum autem aliud forum faciunt nec fecerunt, quia tenent cartam Domini Regis Sancii primi de isto foro. Item, sunt ibi leire regalengue, scilicet, in agro de Maria, j. leira de qua dant j. almude de stiva. Item, ibidem in casali de Pereira j. leira de qua dant annuatim j. alqueire. Item, in cortina de Outeiro, j. leira intus et alia foras. De istis dant Domino Regi terciam partem panis.

Item, dixit quod de hereditate de Legundia dant j. taligam de pane per mensuram Vimaranis. Item, de alia hereditate quam tenet ista ecclesia dant annuatim Domino

[1] **B.** labolare—[2] *Vid. p. 1410, col. 1.ª, nota 5*—[3] *Acrescento marginal.*—[4] **B.** *Falta.*

[1] **B.** *Falta*—[2] **B.** Trasmuriz—[3] **B.** Sed—[4] **B.** pro

Regi j. quartarium de pane per mensuram que vulgariter[1] dicitur pia. Item, de hereditate que fuit de Petro Suerii, j. spatulam xij. costarum si habuerit porcum, sin autem, j. gallinam et j. almude de cevada. Et dant por fossadaria iij. varas de bragal et j. cabritum pro Carniprivio. Item, de hereditate de Gunsalvo Saamiriz de Pereira dixit quod, ut audivit, simile forum faciebat per omnia et in omnibus Domino Regi, et etiam modo est presso, sed monasterium Sancti Tirssi acquisivit ipsam hereditatem in compara, propter quod Dominus Rex nullum forum habet inde multo tempore jam transacto. Item, dixit quod ipsum monasterium Sancti Tirssi multa alia casalia comparavit ibi.

Item, dixit quod cautum et honor novus et ame militum et forarii Domini Regis non sunt ibi, sed Martinus Pimentel miles tenet ibi tria casalia de Sancto Tirsso modo de novo et facit ibi pausam suam, et perdid[2] inde Dominus Rex vocem et calumpniam et pedidam. Milites et ordines nichil acquisierunt ibi preter monasterium de Nandin, quod post mortem patris istius Domini Regis comparavit ibi leirulas que non excedunt valorem vj. morabitinos. Item, in ista parrochia pectant vocem et calumpniam et dant pedidam et intrat ibi maiordomus Domini Regis, preter in tribus casalibus de Nandin que tamen[3] non dant pedidam.

Petrus Menendi, Petrus Sueriz, Martinus Petri, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Dominicus Petri abbas.

Item, in collatione Sancti Adriani de Villa Nova[4].— Fernandus Petri, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus et quantum regalengum ibi habet pertinet ad Villam Novam.

Item, dixit quod in Maoes est honor vetus Domni Gunsalvi Onriz[5]. Item, dixit quod dant annuatim de[6] fossadaria, scilicet, de villa qui dicitur Sarrianos, primo de hereditate de Jograres, xij. varas de bragal, et pro spatula iij. gallinas, et debent custodire homines cautos et cautas. Item, de hereditate Pelagii Sarrani debent esse maiordomi de eyris et serviciales et varrere domos, et per hoc debent defendi; et de istis fogariis dant loitosam singulos boves, si habuerint; sin autem, singulos morabitinos, et ista loitosa est de foro de judici de Vermuy. Item, dixit quod honor novus et ame militum aliud[7] forarii Domini Regis non sunt ibi.

Dominicus Gunsalvi, Johannes Petri, Johannes Sueriz, Johannes Sueriz *(sic)*, Dominicus Gunsalvi, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Fernandus Petri abbas.

Item, in collatione Sancte Marie de Villa Nova.— Durandus Michaelis, quondam judex parrochianus istius /fl. 23 ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex est patronus et dominus. Item, dixit quod habent et vivunt (?) in regalengo Domini Regis, de quo tale est forum: sunt xl. divisores qui habent ibi casas et hortos, et dant terciam partem in ratione et non amplius; et de casis et hortis dant singulos bracales directos annuatim pro festo Sancti Michaelis, et non pectant nisi tres calumpnias, preter hos xl. divisores. Qui voluerint ibi populare habent istud forum, et pro casis quas faciunt dant in foro medium bragale, et modo sunt ibi jam tales x. case facte. Item, pro casa dirupta[1] dant lx. solidos istis supervenientes. Item, non vadunt in fossado nisi quando fuerint omnes villani de castello. Alia autem fora multa habent que sunt scripta et bullata in carta Domini Regis Alfonsi primi, sigillo suo pumbleo roborata[2]. Et nullum est in parrochia ista de quo Dominus Rex incurrat dampnum.

Dominicus Petri judex, Petrus Silvestri, Domnus Julianus, Johannes Johannis alcayde ipsius ville, Julianus Petri, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Durandus Michaelis.

Item, de monasterio Sancte Marie de Nandin[3].—Petrus Johannis, prior ipsius monasterii, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus nec habet ibi collectam, quia quitavit eam in perpetuum per suam cartam quam nos inquisitores vidimus et legimus, et monasterium ipsum est cautatum per patrones a Domna Regina Tarasia, filia magni Regis Adefonsi et habent cartam de ea quam nos similiter vidimus et legimus[4], continentem quod omnia jura que ibi predicta Regina habebat, ipsi monasterio pro elemosina conferebat. Item, dixit quod terminos ipsius cauti, secundum quod in carta expressi sunt, nunquam amplius dilatavit nec dilatari audivit.

Item, dixit quod homines istius cauti non exeunt foras laborare quantum ad istos parrochianos pertinet hereditates forarias seu regalengas Domini Regis. Item, dixit quod forarii Domini Regis non sunt ibi, nec aliquid aliud est ibi de quo Dominus Rex incurrat dampnum.

Pelagius Novaes canonicus ipsius monasterii, Didacus Egee, Dominicus Pelaiz, Domnus Julianus, Domnus Romeus, Martinus Stephani, Gunsalvus Fernandi, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Petrus Johannis prior.

Item, in collatione Sancte Eolalie de cauto de Palmeira.—Johannes Johannis, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus nec habet ibi regalengum, sed est cautum cautatum per terminos a Domino Aldefonso primo Rege Portugalie, et

[1] **B.** vulgaliter—[2] **B.** perdit—[3] **B.** tantum—[4] *É Vila Nova de Famalicão.*—[5] **B.** Onrriz—[6] **B.** pro—[7] **B.** alii

[1] **B.** dirucla—[2] *Trata-se da carta de foral outorgada por D. Sancho I aos povoadores do reguengo de Vila Nova de Famalicão, em 1 de Julho de 1205 (conservada em confirmação de D. Afonso II de Novembro de 1217), e não de diploma de D. Afonso I. Vid.* PMH. Leges, *p. 520, onde Vila Nova não vem ainda identificada, se bem que Viterbo,* Elucid., *s. v. feira, já o tivesse feito*—[3] *Hoje, Landim, freg. do concelho de Vila Nova de Famalicão*—[4] *O diploma de D. Teresa, aqui citado, não chegou aos nossos dias. Vid.* DMP., DR., *I, p. 518, ref. 16.*

habent inde cartam quam nos inquisitores vidimus et legimus[1]. Item, dixit quod terminos non trasgrediuntur ultra quam in ipsa carta expressi sunt. Item, dixit quod forarii Domini Regis non sunt ibi. Item, dixit quod tres sunt ibi tamem qui exeunt foras laborare hereditatem forariam de melle Domini Regis, verumptamen non perdit de illa Dominus Rex suum directum. Item, dixit quod aliquid aliud non est ibi de quo Dominus Rex incurrat dampnum.

Dominicus Gunsalvi, Johannes Martini, Stephanus Petri, Martinus Petri, Bartholomeus Petri, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Johannes Johannis abbas.

Item, in collatione Sancti Martini de Sequeiroo.—Petrus Arie, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus nec habet ibi regalengum, quia tota parrochia jacet in cauto de Nandin, preter Gonderim, de quo dant Domino Regi annuatim d estiva j. taligam de pane, et ibidem de una leira que jacet in Aguelas, quam tenet ecclesia, dant Domino Regi v. alqueires de pane annuatim. Item, de leira de Bouza, quam tenet Petrus Carrelo, j. alqueire de pane per mensuram Vimaranis. Item, dixit quod nullus alius[2] est ibi qui laboret hereditates extra forarias sive regalengas Domini Regis[3]; et forarii Domini Regis non sunt ibi. Item, dixit quod nichil est ibi de quo Dominus Rex incurrat dampnum.

Gunsalvus Sueriz, Menendus Petri, Martinus Petri, Petrus Sueriz, Dominicus Gunsalvi, Johannes Petri, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Petrus Arie abbas.

Item, in collatione Sancti Michaelis de Rippa de Ave de cauto de Nandin.—Pelagius Novaes, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus nec habet ibi regalengum nec forarium, nec aliquid est ibi qui laboret extra hereditates forarias sive regalengas Domini Regis et nichil est ibi de quo Dominus Rex incurrat dampnum.

Dominicus Mouta, Petrus Pequeno, Gunsalvus Pelaiz, Dominicus Sueriz, Menendo Menendi, Petrus Garcie, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Pelagius Novaes.

Item, in collatione Sancte Marine de Lousado.—Menendus Menendi, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus nec habet ibi regalengum, sed de Ansedi dant Domino Regi annuatim de foro ipsius hereditatis v. bragaes[4] et medium et j. modium de melle per mensuram veterem, et Hospitale comparavit de ista hereditate foraria et acquisivit, et tamen facit forum Domino Regi et ipse[5] ecclesia similiter. Item, dixit quod in ista parrochia pectant vocem et calumpniam et intrat ibi maiordomus Domini Regis et dant ei pedidam, scilicet, annuatim vj. vj. solidos per tres vices in anno divisos. Item, dixit quod ecclesie, ordines, milites nichil amplius acquisierunt ibi post mortem patris istius regis. Item, dixit quod cautum et honor novus et ame militum et forarii Domini Regis non sunt ibi.

Item, dixit quod ille locus qui vocatur Ansedi, ut audivit, fuit quondam populatus et modo non est. Et ipsa hereditas, de qua Dominus Rex habet forum illud[1], dividitur jam per multos et infinitos qui per multa et diversa loca habitant, et etiam aliqui sunt qui ibi habent /fl. 23 v.º partem suam et dant eam laborare hominibus de Hospitali qui ibi habent maiorem partem. Item, dixit quod nullum aliud est ibi de quo Dominus Rex incurrat dampnum.

Dominicus Petri, Pelagius Pelaiz, Petrus Gunsalvi, Johannes Gunsalvi, Petrus Petri, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Menendus Menendi abbas.

Item, in collatione Sancti Salvatoris de Johanni.—Abbas non erat ibi, sed Johannes Gunsalvi clericus, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus sed habet ibi regalengum in casalibus et in quebradis, scilicet, in Villa Bona sex casalia noviter divisa, et tres sunt inde populata[2] per cartam Domini Regis, et tria adhuc non, sed sunt divisa et dant inde Domino Regi annuatim terciam partem tocius fructus, et post mortem istorum populatorum, filii vel nepotes eorum et omnis posteritas ipsorum debent dare medietatem de vino et singulos quartarios panis pro eyradiga et singulos sextarios de secunda, de suo quite, per mensuram Vimaranis. Et pro festo Sancti Johannis dant singulas taligas de centeno inter se et maiordomum pro fogaciis et singulos solidos pro collecta et singulos franganos de eyris et singulos franganos de lino, et pro festo Sancti Michaelis dant singulos bragaes et ij. ij. capones cum x. x. ovis, et pro festo Natalis Domini singulas spatulas porci[3] de xij. costis et cum pede cum singulis denariis, et in die Carniprivii quicumque habuerit iiij.or oves et ultra dabit unum cordarium album, quod[4] si non habuerit dabit j. cabritum, et pro loitosa dabunt ij. ij. morabitinos et vocant maiordomum Domini Regis ad colligendum panem et ducunt illum ad cellarium de Vermuy[5] et pectant vocem et calumpniam sicut alii homines qui morantur in Pradaoso. Item, dixit quod sunt ibi iiij.or molendina, scilicet, unum in Varzea et alterum in Lagena, de quibus dant Domino Regi annuatim iiij. iiij. bragaes, et alii duo fecerunt de novo ibi, que fecit Gunsalvus Augustus et Domnus Stephanus, de quibus dant Domino Regi annuatim in die Sancti Andree singulos bragaes. Item, dixit quod audivit quod molendinum de Traves erat situm in regalengo Domini Regis et

[1] *Esta carta de couto de Palmeira (conc. S.to Tirso) não é hoje conhecida. Vid.* DMP., DR., I, *p. 535, ref. 108.*—[2] **B.** aliud—[3] **B.** *Falta*—[4] **B.** bragales—[5] **B.** ipsa

[1] **B.** *Falta*—[2] **B.** populate—[3] **B.** poci—[4] **B.** et—[5] **B.** Vermudi

possidet illud Domnus Petrus Poncius, et nullum forum faciunt inde Domino Regi. Item, dixit quod in regalengo de Costaes sunt iiij.^{or} casalia Domini Regis, de quibus faciunt forum Domino Regi annuatim, scilicet, dant terciam partem panis de rupto, et de non rupto[1] quartam partem, et de directuris singulos quartarios de pane inter se et maiordomum et singulos sextarios de suo quite et dant in torculari Domino Regi quartam partem vini sine heyradiga, et in festo Natalis Domini singulas spatulas novem costarum sine pede cum singulis denariis. Et porcus valeat j. bragal et non minus, et pro Carniprivio, quicumque habuerit vj. oves dabit j. cordarium, et[2] si eas non habuerit dabit j. cabritum[3], et in festo Sancti Johannis dabunt singulas taligas de centeno pro fugaza[4] per mensuram Vimaranis cum singulis denariis et accipiunt singulos feixes de messe pro istis fugaciis, et dant in festo Sancti Michaelis ij. ij. capones cum x. x. ovis et singulos bragaes directos. Et quicumque habuerit porcam paridam de Januario usque ad Sanctum Michaelem dabit leitigam, et si non habuerit nichil dabit, et dant pro collecta annuatim vj. vj. denarios, et istas directuras non dabunt maiordomo nisi in domibus suis, et non pectant vocem et calumpniam nisi sicut[5] homines de Hospitali pectant. Et si percusserit vicinum suum vel vulneraverit, ita quod non sit compos sui, pectabit domino terre j. carnarium, |(et) dant pro loitosa singulos morabitinos (et) dant[6] singulos pallearios (de qui)nque quinque pallis, et debent custodire usque ad kalendas Januarii.|[7]

Item, dant Domino Regi annuatim de istis leiris terciam partem vini, scilicet, de seara et de corredoyra et de loco qui dicitur Fonte de Teyvam et de loco qui dicitur Paredes et de Casali Mediano, et de castenariis qui stant in isto loco dant annuatim terciam partem de castaneis.

Item, dant Domino Regi annuatim de eistivis *(sic)*, scilicet, de Sancto Andrea vj. taligas de pane. Item, de Roman, j. sextarium. Item, de campo de Soutelo est inde medietas Domini Regis. Item, de compo[8] de Pardelias similiter habet inde medietatem. Item, de Cugulidi dant j. taligam panis[9]. Item, campus de Figueiras. Item, de ecclesia Sancte Marie dant iij. alqueires de pane. Item, d Amiano, j. leira. Item, in Felpelio, ij. leire de quibus dant j. quartarium panis[2]. Item, in Longara, j. leira. Item, in Figueiroo[10], j. leira. Item, in Redondelo, j. leira. Item, in Painzal, j. leira de qua dant j. alqueire. Item, in arca de Vila Moy, j. leira. Item, de Baldemar dant j. almude panis[2]. Item, de[11] campo de Lagea et de Traspel, v. leire et dant inde terciam partem panis, et de eyradiga qualem inveniunt. Item, de Recarem dant j. almude panis, et hoc persolvunt per mensuram Vimaranis. Item, in[12] monte qui dicitur Vermuy, quomodo est divisum et demarcatum, sicut dividitur per portelam de Bovia de Crasto, deinde per presam de Rozas et per presam Pelagii Arie, deinde quomodo vadit per fundum de Travessas; et dant Domino Regi annuatim quartam partem panis et eyradiga qualem inveniunt. Item, dant Domino Regi annuatim de fossadaria pro Sancto Cipriano, scilicet, de hereditate de Ripparia, iiij. varas de bragal. Item, de hereditate Pelagii Arie, viij. varas de bragal. Item, de Baldimar, vj.[1] varas de bragal. Item, de Eyra Vedra, vj. varas de bragal. Item, de hereditate de Covas, viij. varas de bragal. Item, de hereditate Domne Ousende, ij. varas de bragal.

Item, dixit quod est ibi cautum de Johanni per divisiones, et nescit quis coutavit eum. Item, dixit quod non est ibi honor novus nec forarii Domini Regis nec ame militum nec ordines aliquid ibi acquisierunt de novo. Item, dixit quod in Rippa de Pel intrat maiordomus Domini Regis et pectant vocem et calumpniam.

Pelagius Petri, Petrus Arie, Menendus Menendi, Stephanus Johannis, Pelagius Petri *(sic)*, Petrus Sueriz, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Johannes Gunsalvi clericus.

Item, in collatione Sancte Marie de Vermuy.—Dominicus Petri, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus, sed habet in Ulvares vij. casalia regalenga et sunt populata ad forum per totum, sicut homines de Pradaoso. Item, de campo de Costa habet Dominus Rex terciam partem et dant de ipsa Domino Regi terciam partem tocius fructus et j. caponem et[2] x. ova pro directura in festo Sancti Michaelis[3]. Item, in seara Petri Suerii, j. leira de qua dant quartam partem vini. Item, in souto de Verea, j. leira et stant ibi castenarii. Item, in casali de Verea in loco qui dicitur Alquidom est presso. Item, in agra de Verea, ij. leire de quibus dant terciam partem panis et j. caponem et x. ova pro directura. Item, in bouza de Vilar, j. leira et dant inde j. almude de pane et j. franganum. Item, de domo Ousenda Oleira dant annuatim j. franganum x. ova. Item, in Nodeiro, j. leira et habet inde Dominus Rex medietatem et dant inde annuatim j. almude de pane. Item, in Lobom, j. leira de qua dant terciam partem panis, et de eyradiga, scilicet, de duodecim, unum. Item, de bouza de Rozas dant annuatim quartam partem panis et /$^{fl. 24}$ vocant maiordomum Domini Regis ad colligendum panem et ducunt eum ad cellarium Domini Regis.

Item, dant Domino Regi annuatim de fossadaria pro Sancto Cipriano, scilicet, de hereditate Pelagii Ferrario et Petri Testa, j. vara *(sic)* de bragal. Item, de hereditate Suerii Martel, j. denarium. Item, de hereditate de Madina, ij. denarios. Item, de hereditate de Gunsalvo Oriz, terciam varam. Item, de hereditate[4] Mariilina[5] et Filio Bono, terciam varam et j. denarium, et Martinus Fernandi et ipsa ecclesia tollit inde aliam terciam partem.

[1] **B.** ructo—[2] **B.** *Falta*—[3] **B.** cabrito—[4] **B.** fugacia—[5] **B.** sunt—[6] **B.** *Falta*—[7] *Vid. p. 1413, col. 2.ª, nota 1.*—[8] **B.** canpo—[9] **B.** de pane—[10] **B.** Figueireo—[11] **B.** in—[12] **B.** de

[1] **B.** vij—[2] **B.** *Falta.*—[3] **B.** Sancti Michaelis in festo—[4] **B.** *acrescenta:* de—[5] **B.** Marilina

Item, de hereditate Gunsalvi Onriz, mediam varam de bragal. Item, de hereditate Menendi Ferrario, j. varam de bragal. Item, de hereditate de Peayno[1], ij. denarios. Item, de hereditate Petri consuprini, ij. varas de bragal, et tollit inde Stephanus Suerii miles j. quintam quia emit ipsam hereditatem. Item, de hereditate de Bona Cana, j. vara et tollit inde Domna Froyli octavam partem. Item, de hereditate Petri Germundi, j. vara. Item, de hereditate Petri Gunsalvi de Vilar et Gunsalvus *(sic)* Petri, j. vara. Item, de hereditate Petri Sancii, j. vara. Item, de hereditate Sueirino de Verea, xv. denarios et Stephanus Martini clericus tollit inde quartam partem, quia acquisivit ibi. Item, de hereditate Domne Luppe, x. denarios. Item, de hereditate Gomecii Suerii, iij. denarios. Item, de hereditate de Saborido, ij. varas. |Item, de hereditate de Verea de Nandin, j. varam de bragal. Item, de hereditate Fernandi La(urencii), j. varam de bragal|[2]. Item, de hereditate Domne Reste, media vara. Item, de hereditate Pelagii Curriam, j. vara media de bragal. Item, de hereditate Marie Pelagii de Rippario, iij. denarios.

Item, in ista collatione intrat maiordomus Domini Regis et pectant vocem et calumpniam, preter hereditatem Hospitalis, et in Penelas qui est honor Domni Martini Nomaes[3], et in Campelo qui est[4] honor Stephani Suerii et nutriverunt ibi filiam suam, et in hereditate Fernandi de Verea nutriverunt ibi filium Johannis Fernandi de Sandi noviter. Item, dixit quod forarii Domini Regis non sunt ibi.

Johannes Petri, Menendo Menendi, Petrus Petri, Domnus Martinus Sueirino, Dominicus Menendi, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Dominicus Petri abbas.

Item, in collatione Sancti Michaelis de Monte.—Suerius Onriz, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus, sed habet ibi Dominus Rex j. leirulam que vocatur Campo de Vermuy et dant inde annuatim j. taligam panis per mensuram Vimaranis et j. franganum et x. ova. Item, in Carrazedo, iiij. leiras regalengas, de quibus dant terciam partem panis et tocius fructus et j. caponem et x. ova. Item, dixit quod majus forum non faciunt nec fecerunt Domino Regi. Item, dixit quia est honor vetus Domni Petri Pelagii alferaz. Item, dixit quod forarii Domini Regis non sunt ibi. Item, dixit: in Carrazedo sunt duo casalia de quibus dant maiordomo Domini Regis pedidam annuatim iij. iij. solidos, per tres vices in anno, et pectant vocem et calumpniam.

Dominicus Petri, Pelagius Pelagii, Gunsalvus Gunsalvi, Martinus Pelaiz, Dominicus Menendi, Pelagius Martiniz, Dominicus Pelaiz, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Suerius Onriz abbas.

[1] **B.** Peyano—[2] *Vid. p. 1413, col. 2.ª, nota 1.*—[3] **B.** Novaes—[4] **B.** *Falta.*

Item, in collatione Sancti Salvatoris de Deelaes.—Martinus Pelaiz, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus sed habet ibi regalengum in Lourario sicut est divisum et demarcatum, de quo dant Domino Regi annuatim quartam partem tocius fructus, et vocant maiordomum Domini Regis ad colligendum panem et levant eum ad cellarium de Armufaes, et nullum majus forum faciunt nec fecerunt Domino Regi; et tenent inde cartam Domini Regis Sancius j.us *(sic)* quam nos inquisitores vidimus et legimus. Item, de ista collatione dant Domino Regi annuatim de fossadaria, scilicet, de hereditate Pelagii Ferrarii[1], viij. varas de bragal. Item, de hereditate Marie Monaca, iij. varas de bragal. Item, de hereditate Menendi Occulo, iiij. varas de bragal. Item, de hereditate Suerii Carneiro cum fratribus suis, iiij. varas de bragal.

Item, dixit quod milites et ordines nichil acquisierunt ibi de novo, et forarii Domini Regis non sunt ibi nec ame militum, preter Elvira Clemente qui nutrivit filium Valasci Martini, militis. Item, dixit quod in ista collatione non intrat maiordomus Domini Regis nec dant pedidam nec pectant vocem et calumpniam, preter casalia de Suerio Onriz et Pelagii Petri et Pelagii Ferrarii et casale de Figueiras, quod non est modo populatum, in quibus intrat maiordomus et pectant vocem et calumpniam et dant pedidam per tres vices in anno, secundum usum loci.

Petrus Gunsalvi, Pedreirus[2], Suerius Onriz, Johannes Pelaiz, Petrus Petri, Johannes Suariz, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Martinus Pelaiz abbas.

Item, in collatione Sancti Salvatoris de Ruviaens.—Dominicus Gunsalvi, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus nec habet ibi regalengum nec forarium nec aliqui est ibi qui laboret extra hereditates forarias sive regalengas Domini Regis. Item, dixit quod tota parrochia ista est onra de veteri et nichil est ibi de quo Dominus Rex[3] incurrat dampnum.

Petrus Silvester, Johannes Petri, Johannes Laurentii, Gunsalvus Petri, Johannes Scudeiro, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Dominicus Gunsalvi abbas.

Item, in collatione Sancti Simeonis de Novaes.—Johannes Petri, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus nec habet ibi regalengum nec forarii Domini Regis non sunt ibi, nec aliqui est ibi qui laboret extra hereditates forarias sive regalengas Domini Regis. Item, dixit quod tota ista parrochia est honra Martini Fernandiz Pimintel, et nullum forum faciunt inde[4] nec fecerunt Domino Regi.

[1] **B.** Ferreiro—[2] **B.** Pedreiros—[3] **B.** *Falta.*—[4] **B.** *Falta.*

Gunsalvino, Stephanus Gunsalvi, Menendus Johannis, Gunsalvus Sueriz, Petrus Sueriz, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Johannes Petri abbas.

Item, in collatione Sancte Marie d Ariam de Laynas.—Petrus Petri, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus nec habet ibi regalengum, nec forarii Domini Regis sunt ibi nec intrat ibi maiordomus Domini Regis, nec aliquid[1] est ibi qui laboret extra hereditates forarias sive regalengas Domini Regis. Item dixit quod tota ista parrochia est honra Doni[2] Petri Escachia et nullum forum faciunt inde nec fecerunt Domino Regi.

Martinus Petri, Menendus Pelaiz, Johannes Menendi, Petrus Godini, Domnus Laurencius, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Petrus Petri abbas.

/fl. 24 v.° *Item, in collatione Sancti Jacobi de Castellanis.*—Abbas non erat ibi, sed Petrus Suarii, clericus eiusdem ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus, sed habet ibi suum regalengum, scilicet, in Villa Cova j. leiram, de qua dant Domino Regi annuatim in estiva j. sextarium panis et j. franganum et v. ova.

Item, in Barreiro, j. leiram, de qua dant[3] ij. alqueires de pane. Item, in sauto Sancte Herene, j. leiram, de qua dant annuatim iij. alqueires de pane et de ambabus dant j. frangao et v. ova. Item, dant Domino Regi annuatim de fossadaria, scilicet, de hereditate filii Domni Raymundi iiij. varas de bragal. Item, de hereditate Petri de eclesia, iiij. varas de bragal et Hospitale habet ibi tria casalia, scilicet, unum de ecclesia et duos in Villa Cova, de quibus dabant Domino Regi annuatim de antiquo xij. varas de bragal, et modo pro censoria que dant Hospitali perdit Dominus Rex istas xij. varas de fossadaria et vocem et calumpniam. Item, de casalibus de Valdarias et de Savariz dant pro pedida maiordomo Domini Regis ij. ij. solidos tribus vicibus in anno et pectant vocem et calumpniam, et de duobus casalibus predicte ecclesie pectant vocem et calumpniam tantum et de duobus casalibus Sancti Jacobi de Antis et j. de Valdarias et de ij. de grangia de Ulveira similiter pectant vocem et calumpniam et intrat ibi maiordomus Domini Regis. Item, dixit quod honores novi nec ame militum nec forarii Domini Regis non sunt ibi, et milites et ordines nichil acquisierunt ibi de novo.

Suerius Menendi, Martinus Johannis, Gunsalvus Martiniz, Suerius Petri, Petrus Petri, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Petrus Suariz clericus.

Item, in collatione Sancte Marine de Mozegi.—Julianus Dominici, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus, sed habet ibi Dominus Rex regalengum in leiris, scilicet, campo de Cegooneira de quo dant Domino Regi annuatim terciam partem fructus et j. caponem[1] x. ova. Item, campo de Boucis dant terciam partem fructus. Item, in Penacova, j. leira de qua est medietas Domini Regis, et dant inde terciam partem fructus. Item, in Ponte de Petro Arie jacet j. leira, de qua dant pro estiva Domino Regi annuatim j. almude panis. Item, de campo de tras Lagena dant annuatim j. taligam panis. Item, de Azedal, j. almude panis. Item, de Penis Longis dant j. almude panis. Item, de Favido dant j. taligam panis. Item, de Sesnandi dant j. almude panis. Item, de Spinario dant iij. alqueires panis. Item, de Cortina, j. sextarium panis. Item, de Fontaina dant j. almude panis et pro omnibus istis leiris dant annuatim j. caponem et[2] x. ova. Item, in casali de Gunsalvo Maza, de j. leira dant x. alqueires panis et hoc totum per mensuram Vimaranis. Item, dixit quod non dant fossadariam nec pectant vocem et calumpniam, preter(tria), scilicet, rapsum et furtum et ster|cus[3], et non intrat ibi maiordomus Domini Regis quia sunt honores veteri Domni Suerii Petri de Azevedo et Domni Laurencii de Lousela et Domni Petri Onriz. Item, dixit quod forarii Domini Regis non sunt ibi et nullum autem forum faciunt nec fecerunt Domino Regi.

Dominicus Raimundi, Domnus Oyrus[4], Petrus Vincencii, Petrus Sueriz, Petrus Angeiro, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Julianus Dominici abbas.

Item, in cauto monasterii Sancti Salvatoris de Ulveira.—Dominicus Petri, prior ipsius monasterii, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus nec habet ibi collectam et est cautum cautatum per patronos, quod cautavit Dominus Rex Alfonsus primus, et tenent inde cartam quam nos inquisitores vidimus et legimus. Item, dixit quod homines istius cauti non exeunt foras laborare, quantum ad istos parrochianos pertinent, hereditates forarias seu regalengas Domini Regis. Item, dixit quod forarii Domini Regis non sunt ibi nec aliquid aliud est ibi de quo Dominus Rex incurrat dampnum.

Stephanus Menendi, Alfonsus Pelaiz, Martinus Menendi, Menendus Gunsalvi, Paulus Petri, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Dominicus Petri prior.

Item, in collatione Sancti Martini de Pousada, et est hermitagium monasterii de Ulveira, sed Suerius Petri, parrochianus ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus, sed habet ibi regalengum in casalibus et in leiris, scilicet, in Pousada ij. casalia de quibus dant Domino Regi annuatim forum

[1] **B.** aliqui—[2] **B.** Domni—[3] **B.** *acrescenta:* Domino Regi

[1] **B.** *acrescenta:* et—[2] **B.** *Falta.*—[3] *Vid. p. 1413, col. 2.ª, nota 1.*—[4] **B.** Oyris

sicut de casalibus de Vivares in omnibus et per omnia, et habent inde[1] cartam istius Domini Regis. Item, de leira que vocatur Destral dant annuatim terciam partem fructus et heyradigam. Item, in Cortinal, j. leira de qua dant terciam partem et eyradigam.

Item, in Negral, iij. leire de quibus dant terciam partem panis et eyradigam et quartam partem vini. |Item, in Fontaina, j. leira. Item, campus (d)e Ramus de super Sancto Martino. Item, (sub)lameiro de Queigeira j. leira (et) super Queigiram j. leira|[2]. Item, campus de Lamela et campus de Oxia Sancti Martini et campum de Bouza de Mauris et campum de sub villa et ibi j. leira et super regum de fonte dAraldo j. campum et in Chancela j. leira et in Penelas j campum et in Loureiro iiij. leire et in Raosendi j. campum, et in Faquina j. leira et in Ascarizes j. bouza et in Regodagem iiij. leire et in Negral, j. leira. Et de omnibus istis leiris dant annuatim Domino Regi terciam partem fructus et eyradigam de xij. alqueires, unum, et de quanto rumperint in monte dabunt quartam partem et eyradigam, et de presa de Regodagem superius habet Dominus Rex aquam ad rigandum istas leiras iiij. dies de qualibet ebdomada et vocant maiordomum Domini Regis ad colligendum panem et ducunt panem ad castellum de Vermuy.

Item, dixit quod non dant fossadariam Domino Regi. Item, in ista collatione pectant vocem et calumpniam et intrat ibi maiordomus Domini Regis, exceptis hominibus de Hospitali. Item, dixit quod milites et ordines nichil acquisierumt ibi modo de novo. Item, dixit quod forarii Domini Regis et ame militum non sunt ibi, preter in casali quod fuit Menendi Pelagii, in quo nutriverunt filiam Laurencii Gomecii de Lousela[3], et ante pectabant vocem et calumpniam Domino Regi et intrabat ibi maiordomus Domini Regis.

Dominicus Menendi, Domnus Egeas, Petrus Menendi, Ciprianus Petri, Martinus Pelaiz, Martinus Petri, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Suerius Petri parrochianus.

Item, in collatione Sancti Johannis de Ariam.—Petrus Petri, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus, sed habet ibi unam leiram in loco qui dicitur Magida, de qua dant Domino Regi annuatim j. sextarium de pane et j. caponem. Item, de Corvaceiras dant j. sextarium de pane et[4] j. caponem x. ova. Item, in Marraos, j. leira de qua dant annuatim j. taligam de pane et hoc per mensuram Vimaranis. Item, dixit quod non dant fossadariam Domino Regi, nec sunt ibi forarii Domini Regis nec intrat ibi maiordomus nec pectant vocem et calumpniam nec pedidam nec ullum forum faciunt Domino Regi /[n. 25], quia est honor vetus Domni Roderici Valasci.

[1] **B.** *Falta.*—[2] *Vid. p. 1413, col. 2.ª, nota 1.*—[3] **B.** Lousa—[4] **B.** *Falta.*

Petrus Dominici, Dominicus Juliani, Dominicus Petri, Petrus Gunsalvi, Johannes Dominici, jurati et interrogati dixerunt in omnibus et per omnia sicut Petrus Petri abbas.

Item, in collatione Petri de Podami.—Menendus Menendi, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus nec habet ibi regalengum, sed jacet intus in cauto de Ulveira, nec exeunt extra laborare hereditates forarias seu[1] regalengas Domini Regis, nec forarii[2] non sunt ibi nec aliquid aliud est ibi de quo Dominus Rex incurrat dampnum.

Pelagius Menendi, Martinus Gunsalvi, Petrus Martiniz, Pelagius Menendi, Pelagius Pelaiz, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Menendus Menendi abbas.

Item, in collatione Sancti Mathei de Soelaes.—Martinus Petri, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus, sed habet ibi regalengum in leiris, scilicet, in Carrazedo, iiij. leiras, de quibus dant Domino Regi annuatim terciam partem fructus, et dant de leira de seara de mag. (?) j. capom x. ova. Item, de campo de Furno dant annuatim de dadiva[3] j. almude panis. Item, in Baliz ij. leiras, de quibus dant j. almude panis. Item, de Recesendi[4] dant j. taligam panis et hoc per mensuram Vimaranis, et vocant maiordomum Domini Regis ad colligendum panem. Item, dixit quod de duobus casalibus quos habet Nandin in Carrazedo pectant vocem et calumpniam et dant annuatim maiordomo Domini Regis iij. iij. solidos per tres vices in anno divisos, et vadunt ad entorviscadam per tres vices in mense Augusti annuatim. Item, dixit quod non dant fossadariam. Item, dixit quod milites et ordines nichil acquisierunt ibi de novo. Item, dixit quod forarii Domini Regis et ame militum non sunt ibi. Item, dixit quod est honor vetus Domni Egidii Martini.

Stephanus Johannis, Michael Martini, Stephanus Martiniz, Dominicus Suariz, Pelagius Pelaiz, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Martinus Petri abbas.

[Julgado de Penafiel]

Item, in Judicatu de Penafiel, hec sunt jura que Dominus Rex ibi habet et debet habere. Primo, Stephanus Petri judex, juratus ad Sancta Dei Evangelia, nobiscum inquisivit et omnia que sciebat fideliter demonstravit.

In collatione Sancti Jacobi d Encoyradus.—Domnus Andreas, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus nec habet ibi regalengum, nec forarii Domini Regis non sunt ibi, nec intrat ibi maiordomus Domini Regis nec pectant vocem et calumpniam, quia est honor vetus de Tivaes et de Vi-

[1] **B.** sive—[2] **B.** *acrescenta:* Domini Regis.—[3] **B.** davida—[4] **B.** Recensendi

lar de Frades, nec ullum forum faciunt nec fecerunt Domino Regi de ista collatione.

Johannes Johannis, Johannes Dominici, Domnus Petrus, Gunsalvus Martiniz, Dominicus Martiniz, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Domnus Andreas abbas.

Item, in collatione Sancte Marie de Martin.—Gunsalvus Martini, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex Alfonsus primus dedit medietatem istius ecclesie filie sue Domne Orrace Alfonsi quam ibi habebat. Item, dixit quod nullum regalengum est ibi, sed homines istius collatione[1] vadunt extra laborare hereditates forarias seu regalengas Domini Regis et dant inde Domino Regi forum suum et directuras sicut alii homines qui morantur in ipso regalengo. Item, dixit quod forarii Domini Regis non sunt ibi. Item, dixit quod milites et ordines nichil acquisierunt ibi de novo nec intrat ibi maiordomus Domini Regis, nec pectant vocem et calumpniam, quia est honor vetus Domne Orrace Aprilis, nec ullum forum faciunt nec fecerunt Domino Regi de ista collatione.

Laurencius Petri, Stephanus Dominici, Johannes Petri, Stephanus Petri, Johannes Pelaiz, Martinus Tome, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Gunsalvus Martini abbas.

Item, in collatione Sancti Martini de Fradelus.—Stephanus Laurencii, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus, sed habet ibi regalengum, scilicet, casale quod vocatur de Michaele et sunt ibi ij. leire et non est popullatum, sed est in Leiras, scilicet, in Pardelias iiij. leire. Item, in Padornelo, j. leira. Item, in Pradeeiro, j. leira. Item, in Linares, j. leira. Item, in Leiras, j. leira. Item, in Agro Maior, j. leira. Item, in Cepas Longuinas, j. leira. Item, subtus Talio. j. leira. Item, trans Ameal, j. leira. Item, in Milaelus sunt iiij.^{or} castenarii de quibus Dominus Rex habet sextam partem, sed Johannes Ventre, homo Domni Egee Laurencii, talavit unum castenarium bonum, et Petrus Gunsalvi de Aveleeda miles, duos, et Johannes Didaci, j., et omnes isti castenarii erant Domini Regis, preter terciam partem de duobus qui erant de ipsa ecclesia, de quibus leiris superius nominatis dant Domino Regi annuatim vj. taligas de pane per mensuram Bracare, et duas partes unius spatule de xij. costis et duas partes de j. bragal. Item, in Barreiro, j. leira, de qua dant Domino Regi annuatim j. almude de pane et unum medium de frangano, et prestamarius dat istas leiras quibus vult. Item, dixit quod /$^{fl. 25 v.o}$ de ista collatione dant Domino Regi annuatim de fossadaria in Kalendis Januarii, scilicet, de hereditate de Barrios, j. bragal. {Item, in Meleelos de hereditate que fuit Domne Sancie et Domne Orrace, j. gallinam, iij. denarios de fossadaria}[2]. Item, de hereditate Vermudi Choco, j. bragal. Item, de casali de Alvito, iij. varas de bragal. Item, in Meleelos, de hereditate de Calvo cum germanitate sua, j. bragal. Item, de hereditate Pelagii Capre, iiij. varas de bragal. Item, de hereditate Domni Alfonsi, vij. varas de bragal. Item, de hereditate Domni *(sic)* Gontrode, vj. varas de bragal. Item, de hereditate Domni Gomecii, iiij. varas de bragal.

Item, dixit quod Johannes Rotondus acquisivit ibi hereditatem et tollit inde Domino Regi annuatim quartam partem unius bragal. Item, Martinus Gomecii miles et frater ejus acquisierunt ibi de Godina et tollit inde annuatim j. vara et tercia. Item, Rodericus Ramiriz acquisivit ibi hereditatem Johannis Menendi et tollit inde annuatim terciam partem unius bracalis minus sexta. Item, Stephanus Laurentii, clericus ipsius ecclesie, ratione patrimonii sui[1] tollit de ista fossadaria et nescit quanta. Item, dixit quod ista ecclesia acquisivit ibi hereditates in testamento de forariis Domini Regis. Item, dixit quod milites et ordines nichil acquisierunt ibi de novo. Item, dixit quod forarii Domini Regis et ame militum non sunt ibi. Item, dixit quod intrat ibi maiordomus Domini Regis et pectant vocem et calumpniam. Item, dixit quod nullum aliud forum faciunt Domino Regi.

Dominicus Pelaiz, Domnus Giraldus, Johannes Petri, Domnus Simeon, Johannes Pelaiz jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Stephanus Laurencii abbas.

Item, in collatione Sancte Christine de Algoso.—Dominicus Petri, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex est patronus, sed habet ibi unum casale regalengum de quo dant Domino Regi annuatim, scilicet, terciam partem tocius fructus, preter unam leiram que jacet in Linar de Peneda, de qua dant annuatim de primo fructu medietatem, et dant pro directuris, scilicet, in Natale Domini j. spatulam de viiij. costis, et pro Carniprivii j. cabritum, et pro festo Pasche j. caseum cum x. ovis, et pro Sancto Johanne j. taligam de centeno pro fugacia et j. franganum, et pro Sancto Michaele j. bragal et j. caponem cum x. ovis, et si pro festo Sancte Marie de Augusto dederit j. franganum cum x. ovis, non dabit caponem et dat pro loitosa ij. morabitinos et vocat maiordomum ad colligendum panem. Item, sunt ibi alie leire regalengue, scilicet, in Linar de Peneda viiij. leire, de quibus dant Domino Regi annuatim medietatem de primo fructu; de aliis vero terciam partem. Item, de Souto Grande est inde medietas Domini Regis. Item, in Cancelo, j. leira. Item, in Varzeelas, j. leira. Item, in casali Petri Betarro, j. leira. Item, in Pilitaria, j. leira, de qua habet Dominus Rex sextam partem. Item, in vinea de rivo, j. leira. Item, de bouza de Peneda habet Dominus Rex quintam partem. Item, in Milarva, j. leira que jacet in Quintanis. Item, in Quintanas, j. leira. Item, sub Regum iiij. leire. Item, in agra iiij. leire. {Item, in casali de

[1] B. collationis — [2] *Acrescento marginal.*

[1] B. *Falta.*

Penedo, j. leira (c)um suo formali de casa (et) de sua area. Item, in Tia Gon(t)rode, j. leira. Item, in Donania, (j)leira. Item, in Gonterigo, j. leira. (Item,) in area Martini Petri, j. leira, (de qua) est quartam partem[1] Domini Regis. (Item,) in Nogueira, de casali de (Pen)edo, j. leira|[2], Item, in casali Domni Didaci, j. leira. Item, in bouza de Pontido, j. leira et sextam partem de domo. Item, in Agro, j. leira. Item, in Casali de Outeiro, j. leira. Item, in Destredo, j. leira. Item, sub Penedo, j. leira. Item, in Prado, quartam partem de j. leira. Item, de Pisainculo, quartam partem unius leire. Item, in fontem de Cubo, quartam de j. leira. Item, sub Penedo quartam de leira cum suo sauto. Item, in Cepa Rezonda, ij. leire. Item, in Piliteira, iiij. leire. Item, in agro de comum, j. leira. Item, in casali de Savarigo, ij. leire. Item, in Perario, j. leira. Item, in Varzena, j. leira. Item, in Barrela j. leira. Item, in Dovinas j. leira. Item, in Linar de Tuta, j. leira. Et de omnibus istis leiris dant Domino Regi annuatim, terciam partem tocius fructus et quicumque laboraverit in eis et habuerit ultra j. taligam de pane dabit in festo Sancte Marie de Augusto j. franganum cum x. ovis, quod si non dederit ipsa die, in sequenti vero die dabit j. caponem cum x. ovis, et maiordomus dat eas pro sua offrectione cuicumque voluerit, et vocant maiordomum Domini Regis ad colligendum panem et ducunt eum ad cellarium si fuerit in termino de Penafiel.

Item, he sunt leire que sunt abscondite Domino Regi et de quibus perdit directum suum, scilicet, in Vilar, ij. leire. Item, in Perario contra domos j. leira. Item, in pomar de Saya, j. leira. Item, in linar de Tuta j. leira. Item, in bouza da devesa, j. leira. Item, in Nadevinas, j. leira. Item, Laurencius Egee miles tenet ij. leiras, quarum una jacet in casali de Savarigo et alia in agra, de quibus Dominus Rex habet terciam partem et alias duas partes acquisivit de hominibus forariis Domini Regis. Item, in casali de Outeiro, j. leira. Item, in Valado, j. leira, cuius medietas jacet ex una parte de vallo et alia ex altera. Item, in Sauto j. leira. Item, in Penedo ij. leire, de quibus est medietas Domini Regis et altera medietas est foraria et non faciunt inde forum Domino Regi. Item, in Gontrode, media leira. Item, de quanta hereditate fuit Martini Midit est medietas Domini Regis. Item, dant Domino Regi annuatim de censoria, sciliet, de quintana de Peneda, ij. quartarios panis per mensuram veterem. Item, in Destredo j. casa, de qua dant j. franganum x. ova. Item, de casali Gunsalvi Suariz, iij. taligas panis. Item, de Pontido, j. sextarium de pane. Item, de Fonteelus[3], ij. quartarios de pane. Item, de casali de Penedo Superiori, j. taligam panis minus octava. Item, de casali Gunsalvi Pelaiz, j. taligam panis. Item, de casali Petri Parvi, iij. solidos et hoc dant per mensuram veterem. Item, dant annuatim Domino Regi de foro, scilicet, de hereditate Dominici magistri dant pro Natali j. spatulam de xij. costis et j. taligam de centeno per mensuram Bracare et pro Carniprivio j. cabritum, et pro Sancto Johanne, j. taligam de centeno pro fugacia et j. franganum. Item, de hereditate Petri Menendi et de hereditate de Peayno[1] et de hereditate de Peneda Domne Marie, et de hereditate Marie Petri, et de quintana Petri Alvi, et de quintana Johannis Giraldi, et de hereditate de Pontido, et de casali de Outeiro de aquem, et de casali de Outeiro Dominici Gunsalvi, et de casali Martini Petri de Penedo, et de casali de Gunsalvo Pelaiz, et de casali Gunsalvi Suariz de devesa, et de quintana Gunsalvi Ordonii dant directuras in omnibus unusquisque per se, sicut dant de casali Dominici magistri et dant de magis in festo Paschatis singulos caseos cum x. x. ovis per casalia Laurencii Petri de aquem de Outeiro et Petri Menendi et[2] de Peayno, que non dant pro Pascha casea nec ova.

|Item, dixit quod homo qui habuerit porcam paridam dabit j. lectigam quocienscumque peperit, et si plures habuerit, non dabit nisi de una porca, preter de casali de Pontido et de Fonteelos et de Quartis|[3]. Item, de casali Domne Monie dant annuatim j. spatulam de viiij. costis, et pro Introydo j. cabrito, et pro Pascha j. caseum cum x. ovis.

Item, dixit quod de quintana de Peneda quicumque tenuerit eum *(sic)* vel ibi habitaverit debet esse maiordomus Domini Regis de eyris et dare Domino Regi annuatim j. porcum de j. morabitinum et alterum de medio morabitino et vij. taligas de tritico per mensuram Bracare et ij. quartarios de centeno per eamdem mensuram et j. taligam de milio ad opus canum et j. quartam de vino et iij. alqueires de butiro et j. restem de allis et alteram de cepis et vj. denarios de pipere et v. gallinas, et quantos modios dederit Domino terre, totidem capones dabit et primidivam de lampreda, et debet esse troncarius. Item, dixit quod de quintana de devesa debet esse maiordomus terre et si non fuerit faciet forum sicut facit quintana Johannis Giraldi in omnibus.

Item, de ista collatione dant Domino Regi annuatim de fossadaria, /[fl. 26] scilicet, prima feria vj.ª Januarii de quintana de Pousa, j. bragal et dant pro prima feria vj.ª Madii j. bragal. Item, de quintana de Peneda j. bragal et pro Madio, j. bragal. Item, de hereditate Gunsalvi Suariz, j. vara de bragal et pro Madio, j. vara de bragal. Item, de hereditate Petri Alvi, j. vara et pro Madio, j. vara de bragal. Item, de hereditate Domne Monie, pro Madio, j. bragal. Item, de hereditate Johannis Giraldi, j. vara de bragal, et pro Madio, j. vara. Item, de hereditate de Quartas in Madio, ij. varas de bragal. Item, de casali de Lagea, in Madio, vj. denarios. Item, de quintana de Pontido vetulam (?), vj. varas, et pro Madio vj. varas. Item, de casali de Outeiro da aquem, vj. varas, et pro Madio vj. varas. Item, de casali Petri Parvi, vj. varas, et pro Madio vj. varas. Item, de casali Martini Petri, quarta de bragal et pro Madio quarta de bragal. Item,

[1] **B.** quarta pars — [2] *Vid. p. 1413, col. 2.ª, nota 1.* — [3] **B.** FooRelus

[1] **B.** Peyano — [2] **B.** *Falta.* — [3] *Acrescento marginal.*

de quintana Gunsalvi Pelaiz, iij. varas media de bragal, et pro Madio iij. varas media. Item, de casali Gunsalvi Suariz, iij. varas media de bragal et pro Madio iij. varas media. Item, de hereditate de devesa, iij. varas de bragal et pro Madio iij. varas.

Item, dixit quod de ista collatione pectant vocem et calumpniam et dant pro loitosa ij. ij. morabitinos, si conjugatus fuerit. Item, dixit quod milites et ordines nichil acquisierunt, nec sunt ibi ame militum nec honores veteri nec novi. Item, dixit quod nullum aliud majus forum faciunt nec fecerunt Domino Regi.

Gunsalvus Suariz, Johannes Dominici, Petrus Monacus, Johannes Giraldi, Dominicus Petri, Johannes Gunsalvi, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Dominicus Petri abbas.

Item, in collatione Sancti Michaelis de Cabreirus.— Johannes Martini capellanus, juratus et interrogatus, dixit quod Dominus Rex non est patronus nec habet ibi regalengum. Item, dixit quod dant Domino Regi annuatim de fossadaria, pro prima feria vj.ª Januarii [1], scilicet, de hereditate de Vilar, ij. bragales. Item, de hereditate de Bouzoo, ij. varas de bragal. Item, de quintana de Cacavelus, iij. varas. Item, de Murteira, j. denarium. Item, audivit enim quod de casali de Cabreirus dabant Domino Regi annuatim j. bragal, et modo est de Ecclesia Bracarensi, et ideo non dant. Item, dixit quod pectant vocem et calumpniam et dant loitosam unusquisque domino suo. Item, dixit quod Gunsalvus Johannis, filius Johannis Rotondi [2], tenet j. casale de Tiviaes, et Nunus Petri de Barvosa ij. casalia monasterii de Magnente que pectant vocem et calumpniam. Item, dixit quod milites et ordines nichil acquisierunt ibi, nec sunt ibi forarii Domini Regis nec ame militum.

Petrus Johannis, Petrus Petri, Stephanus Petri, Pelagius Petri, Didacus Petri, Gunsalvus Martini, Dominicus Gomez, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Johannes Martini capellanus.

Item, in collatione Sancte Locaye [3] de Cabreirus.— Johannes Suariz, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus, sed habet ibi Dominus Rex suum regalengum in leiris, scilicet, in Ispinario, ij. leiras. Item, sub Grangia, j. leiram. Item, in Soutelo, ij. leiras. Item, in casali Vermudi Alfonsi, j. leiram. Item, in casali canonicorum, j. leiram. Item, in Seeda, j. leiram. Item, in casali de Chega, j. leiram. Item, in Taromelado, j. leiram; et omnes istas leiras dat eas maiordomus Domini Regis ad libitum suum quinque pro medietate, quinque pro tercia, et pro omnibus dant j. caponem cum x. ovis et j. bragale, et panem istum non levant Domino Regi extra Judicatum.

Item, dixit quod de ista collatione pectant vocem et calumpniam, et qui non habuerit dominum dat loitosam Domino Regi. Item, dixit quod milites et ordines nichil acquisierunt ibi, preter archiepiscopum bracarense Domnum Silvestrem qui comparavit ibi unum casale et erat forarium Domini Regis. Item, dixit quod non sunt ibi honores veteri nec novi nec forarii Domini Regis nec ame militum. Item, dixit quod dant annuatim de fossadaria pro Januario, scilicet, de casali de Bouza, j. bragal et tollit inde archiepiscopus annuatim ij. varas et tercia de hereditate quam ibi comparavit Domnus Silvester archiepiscopus. Item, de hereditate Petri Pelagii de Cabreirus, iij. denarios. Item, de quintanis, iiij. varas de bragal. Item, de casali de Xisino, j. bragal et tollit inde Ecclesia iij. varas de bragal. Item, de Molinis, viij. varas mediam de bragal. Item, de Redondelo, iij. varas de bragal.

Menendus Pelaiz, Petrus Diat [1], Michael Johannis, Petrus Faber, Dominicus Pelaiz, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Johannes Suariz abbas.

Item, in collatione Sancti Salvatoris de Reguela.— Stephanus Martini clericus, juratus et interrogatus, dixit quod Dominus Rex non est patronus, sed habet ibi vij. casalia regalenga et non sunt nisi duo populata, de quibus dant Domino Regi annuatim, scilicet, terciam partem tocius fructus, preter ij. leiras in quibus fuerunt vinee et modo non sunt, et dant annuatim medietatem; et ubi est vinea dant similiter medietatem et dant pro directuris pro Natali singulas spatulas de viiij. viiij. costis, et pro Carniprivio singulos cabritos, et pro festo Pascatis [2] singulos caseos cum x. x. ovis, et pro festo Sancti Johannis singulas taligas de centeno cum singulis franganis {et qui habuerit porcam dabit (lectigam)} [3] et pro Sancta Maria Augusti singulos franganos cum x. x. ovis, et pro Sancto Michaele singulos bragaes. Alia vero v. casalia non sunt populata, que si essent populata facerent tale forum sicut supradicta casalia, et maiordomus Domini Regis dat ista casalia cuicumque magis sibi dederit. Item, dixit quod de uno istorum casalium Domini Regis comparavit Petrus Pelaiz d Algoso miles terciam partem, et nullum inde facit forum Domino Regi.

Item, dixit quod est quedam leira in Linares que non pertinet ad ista casalia, et in Troncoso j. leira, de quibus dant annuatim terciam partem tocius fructus. Item, in Corval, j. leira, de qua dant annuatim j. taligam de milio, sive habeant sive non, et vocant maiordomum Domini Regis ad colligendum panem et ducunt panem ad parrochiam Sancte Christine, ubi consuevit esse maiordomus. Item, dixit quod dant annuatim de directuris, scilicet, de hereditate de Egas in festo Natalis Domini dant j. spatulam de xij. costis et j. taligam tritici per mensuram Bracare, et pro Entroydo j. cabritum, et pro Pascha j. caseum et x. ova, et pro Sancto Johanne j. taligam tritici et j. franganum, et pro Sancto Michaeli iij. alqueires de milio pro censo. Item, de hereditate de

[1] **A.** Januario — [2] **B.** Rotundi — [3] **B.** Locadie

[1] **B.** Diaz — [2] **B.** Paschatis — [3] *Vid. p. 1413, col. 2.ª, nota 1.*

Nana consimilem censoriam dat, excepto quod non dat pro censo in festo Sancti Michaelis nisi ij. alqueires de milio. Item, de hereditate Pelagii Mauro, j. spatulam de xij. costis et medium alqueire de castaneis et pro Entroido j. cabrito et pro Pascha j. caseum cum x. ovis, et pro Sancto Johanne j. taligam de centeno pro fugacia et j. franganum. Item, dixit quod dant Domino Regi annuatim de fossadaria, pro prima feria vj.ª Madii, scilicet, in Vilarino, iij. varas[1] mediam de bragal. Item, de hereditate Didaci Alvitiz, xij. varas de bragal. Item, dant de hereditate Pelagii Mouro iiij. varas de bragal, et pro Januario dant ij. varas de bragal. Item, de hereditate de Egas, quarta de bragal, et pro Januario quarta de bragal. Item, de hereditate de Nana pro Januario medium bragal et pro Madio medium bragal.

Item, dixit quod Garcia Petri facit de novo unam/[fl. 26 v.º] casam de[2] novo[2] in sua hereditate tamen super regalengum Domini Regis. Item, Egas Pelaiz miles similiter fecit[3] aliam domum super regalengum. Item, ecclesia ista tenet j. leiram quam legavit ibi Martinus Egee herdator et tollit inde forum Domino Regi. Item, dixit quod ame militum et forarii Domini Regis non sunt ibi. Item, dixit quod in ista collatione pectant vocem et calumpniam et dant loitosam Domino Regi, scilicet, ij. morabitinos quilibet homo.

Petrus Petri, Suerius Gunsalvi, Martinus Dominici, Domnus Alfonsus, Dominicus Petri, Petrus Alvus, Johannes Martiniz, Menendus Dominici, Martinus Petri, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Stephanus Martiniz clericus.

Item, in collatione Sancte Marie de Sequeira.—Johannes Petri, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus, sed habet ibi suum regalengum in leiris et terciam partem de corpore casali de Barrio. Item, in Arino, sextam partem j. leire. Item, in Touvam, sextam partem ij. leirarum. Item, in Bouza, j. leiram. Item, in Casali Ermo, j. campum. Item, medietatem de[4] senra de portela de Gondemar, et[4] de omnibus istis leiris dant annuatim Domino Regi medietatem tocius fructus, et dominus terre dat eas quibus vult pro sua offrectione[5], et vocant maiordomum Domini Regis ad colligendum panem et ducunt panem ad cellarium, sed non extra Judicatum.

Item, in cima de casali[6] de Barrio, j. castenarium. Item, in Mortorum, j. castinarium, de quo habet Dominus Rex de quinque quinionibus tres. Item, de ista collatione dant <dant> Domino Regi annuatim de fossadaria, in prima feria vj.ª Januarii, scilicet, de hereditate de Monte Forte, j. vara media de bragal. Item, de hereditate Menendi Sequeira, j. bragal. Item, de hereditate de Requeixo, v. varas et quarta. Item, de hereditate Petri Neto, j. vara media de bragal. Item, de hereditate Pelagii Fao, iij.

[1] **B.** *acrescenta:* et—[2] **B.** *Falta.*—[3] **B.** facit—[4] **B.** *Falta.*—
[5] **B.** oferatione—[6] **B.** in casali de cima

varas de bragal. Item, de hereditate Marie Alfonsi, ij. varas de bragal, et tollit inde Domnus Johannes Rotondus tertiam partem de una vara minus quarta quam acquisivit ibi. Item, de hereditate Petri Alfonsi de Caldas, iij. varas mediam de bragal et tollit inde Domnus Johannes Rotondus terciam partem quia emit ibi hereditatem.

Item, de hereditate de Calvo de Cacavelus, ij. varas de bragal. Item, de hereditate Pelagii Sequeira veteris, j. vara media de bragal, et tollit inde abbatissa de Veiram quartam partem quia emit ibi hereditatem. Item, de hereditate Menendi Petri, j. vara media de bragal. Item, de hereditate de Arlotes, ij. varas de bragal. Item, dixit quod milites et hordines nichil acquisierunt ibi magis, sed est ibi honor novus quem fecit Petrus Bravus super herdatores Domini Regis. Item, dixit quod forarii Domini Regis non sunt ibi nec ame militum, preter Dominguinus de Monte Forte qui nutrivit filiam Valasci Roderici, et Dominicus Martini qui nutrivit filium Johannis Valasci militis, et Domnam[1] Dominicam[1] et Stephania Lavada[2] que nutriverunt filios Johannis Rotondus et Petri Bravi, et ideo non faciunt forum Domino Regi. Item, dixit quod monasterium de Tiviaes habet ibi xiij. casalia que pectabant Domino Regi vocem et calumpniam, et milites tenent inde vij. casalia de quibus tollunt forum quod faciebant Domino Regi. Item, dixit quod Petrus Johannis de Porto Carrario fecit de novo serviciariam in domo Martini Pelagii de Caldas qui est forarius Domini Regis, et venit inde magnum dampnum hominibus forariis Domini Regis. Item, dixit quod ista collatione pectant vocem et calumpniam et dant loitosam Domino Regi ipsi qui non habent alios domnos, et milites accipiunt ibi maladiam.

Petrus Petri, Johannes Alvariz, Egeas David, Johannes Egee, Petrus Velio, Martinus Petri, Martinus Pelaiz, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Johannes Petri abbas.

Item, in collatione Sancte Marie de Arnoso.—Johannes Petri, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus sed habet ibi iiij.ᵒʳ casalia regalenga, et unum non est populatum, de quibus dant Domino Regi annuatim terciam partem de toto auctuno et de leguminibus, et lino medietatem preter ervilas et feigiones, de quibus dant terciam partem, et de arrupteas novas dant quartam partem | et dant singulos sextarios de pane, de suo libere, et pro loitosa, ij. ij. morabitinos, et vocant maiordomum ad colligendum panem et ducunt eum ad cellarium ubicumque fuerit judicatu, et dant medietatem vini |[3] et dant pro directuris in festo Natalis Domini singulas spatulas cum singulis quartis de alqueire castanearum[4], et pro Entroydo singulos cabritos, et pro Pascha singulos caseos cum singulis caonis de butiro et cum v. v. ovis vel xv. denarios pro eis, et pro Sancto Johanne singulas taligas de cen-

[1] **B.** Domna Dominica—[2] **B.** *Acrescenta:* et—[3] *Acrescento marginal.*—[4] **B.** casteniarium

teno pro fugacia, per mensuram Bracare, cum singulis franganis de eyris, et pro pedida, ij. ij. solidos de maiordomo, et dant singulos franganos de lino et dant in festo Sancti Michaelis singulos capones cum x. x. ovis, et tria casalia dant vj. vj. solidos pro porco, et casali de Freixenario dant annuatim pro porco j. morabitinum. Item, dixit quod de molendino de Freixeo dant annuatim iij. bragaes, et de molendino de petra, j. bragal. Item, dant[1] de casali de Freixenario dant annuatim j. bragal. Item, dixit quod dant annuatim de fossadaria pro Kalendas Januarias, scilicet de hereditate Pelagii Cabalario, j. bragal. Item, de hereditate de Laordelo de Carbones, iiij. varas de bragal. Item, de hereditate dos Trancas, j. bragal. Item, de hereditate de Baltar Superiori, j. bragal. Item, Dominici de Sauto, ij. varas. Item, de hereditate de Barrio, j. bragal minus quinta. Item, de hereditate de Quinteela Gunsalvi Johannis j. bragal et tollit inde abbas istius ecclesie annuatim viiij. denarios. Item, dixit quod est ibi honor vetus de Ramiranos. Item, dixit quod milites et ordines nichil acquisierunt ibi de novo. Item, dixit quod forarii Domini Regis et ame militum non sunt ibi. Item, dixit quod in ista collatione intrat maiordomus Domini Regis et pectant vocem et calumpniam, preter honores.

Dominicus Pelaiz, Petrus Pelaiz, Gunsalvus Gunsalvi, Dominicus Petri, Petrus Petri, Domnus Michael, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Johannes Petri abbas.

Item, in collatione Sancti Petri de Ulveira.—Martinus Petri abbas non erat ibi, sed Johannes Pelagii, parrochianus ejus, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex est patronus et habet ibi xv. casalia regalenga populata de novo in loco qui dicitur Ulveira cum omnibus pertinenciis suis, et tale forum faciunt inde annuatim Domino Regi, scilicet, dant pro festo Natalis Domini singulas spatulas[2] de xij. costis et singulos almudes de centeno, et pro Entroydo singulos cabritos, et pro festo Sancti Johannis Babtiste singulos almudes de centeno, et pro festo Sancti Michaelis singulos capones cum x.x. ovis et singulos almudes de eyradiga, et hoc totum per mensuram Bracare, et dant pro loitosa ij. ij. morabitinos et non pectant nisi iij. calumpnias, scilicet, rousum[3] et merdam in boca et hominem mortuum, et dant Domino Regi annuatim, scilicet de Arregueira et de Carvalal[4] et de Senara et de Parrameira de jusana, /fl. 27 et de sub carreira et de super carreira quomodo partitur per hereditatem de marcos de Fonteela, deinde per marcos casalium de Uluveira, dant medietatem de milio et terciam de autuno. Item, de terreno de Perario dant medietatem de milio et terciam de centeno. Item, dant terciam de ubi partitur per petram de Senara et inde ad stratam, deinde ad marcos de Forno Teleyro, deinde ad petram de Cão, deinde ad marcos Martini Gomecii de Outeyro, deinde ad cimam de Nigrinnas quomodo partitur per Guisandi, deinde venit unde incipit. Item, dant de Varzea et de Coviliana et de Vessada[1] et de toto termino similiter terciam. Item, dant de monte de Cosoyrado quomodo venit ad rivum de Guisandi, deinde ad molinum de Ulveira ad sursum dant sextam. Item, de vineis dant medietatem et levant panem Domini Regis ad portelam de Guysandi vel ad portelam de Moymenta vel ad portelam de Fondoes vel ad Macenariam de Arnoso vel ad portelam de Fogyo, ad unum istorum locorum ad quem dominus terre magis voluerit. Et de hoc tenent cartam istius Domini Regis quam nos inquisitores vidimus et legimus. Item, dixit quod in Cosoyrado habet Dominus Rex sautos de quibus dant annuatim, scilicet, de Souto[2] Grande iij. solidos et de sauto de Mosqueiro iiij. solidos. Et de omnibus aliis soutis dant sextam partem castanearum[3], et quicumque fuerit ad colligendum ipsas castaneas, dabit annuatim Domino Regi unum caponem et vocant maiordomum Domini Regis ad colligendum eas et levant eas ubi adducunt panem Domini Regis. Item, dant de uno molendino quod vocatur Noventino medium bragal, et de molendino de devesa dant annuatim medium bragal. Item, de molendino de Ulvaria dant annuatim j. bragal.

Item, dixit quod in ista collatione sunt iiijor. casalia Domini Regis regalenga de antiquo que jacent in Ulvaria, de quibus dant Domino Regi annuatim, scilicet de petra de Lapa quomodo partit per petram de Lameira, deinde ad Lapam et intestat in marcos Sancti Petri. De inferiori dant medietatem et deinde superius dant terciam partem, et de boucis dant terciam partem sicut vadit ad rivum, et de carvaliar quomodo partit cum fonte de Furno dant medietatem de milio et terciam de centeno et de toto alio pane, et de hereditate que jacet ultra rivum dant annuatim sextam partem. Et dant de lino temporano medietatem et de serotino terciam partem[4] et dant, de his que seminaverint in cortinalibus, de tritico et centeno terciam partem et de ordeo milio et lino medietatem. Et si faciunt revoltam, unde dant medietatem, dant Domino Regi terciam et unde dant terciam dant quartam et vocant maiordomum Domini Regis ad colligendum panem, et levant panem ad cellarium ubi superiores vicini sui ducunt.

Item, dant de directuris singulas spatulas de xij. costis et cum singulas[5] taligas de tritico, et pro Entroydo singulos cabritos, et pro Sancto Johanne singulas taligas de tritico pro fugacia, et pro Sancto Michaele singulos capones cum x.x. ovis, et pro eyradiga singulos sextarios de suo quite, scilicet, j. taligam de milio et aliam de centeno, et hoc totum per mensuram Bracare. Et si habuerint porcas, dabunt singulas lectigas. Et in istis iiij.or casalibus pausat ricushomo et maiordomus, et ducunt vitam ricohomini ubi ipse mandaverit, et debent custo-

[1] B. *Falta.*—[2] B. *acrescenta:* et—[3] B. rausum—[4] B. Carvalar

[1] B. Vessana—[2] B. Sauto—[3] B. castenearum—[4] B. *Falta.*—[5] B. singulis

dire pignora que eis maiordomus Domini Regis dederit, et dant pro loitosa ij. ij. morabitinos et faciunt singulos pallearios sub v. v. pallis, et sunt clamatores de terra per mandatum judicis usque ad portelam de Fondoes et de Fogyo, et bebent facere unam eyram in ipsis casalibus et maiordomus dat eis pro ea j. taligam de pane. Item, dixit quod in ista collatione habet ecclesia j. casale et non pectat[1] vocem et calumpniam, quia excusat se per ecclesiam.

Dominicus Ribeiro, Martinus Pelaiz, Domnus Durandus, Martinus Dominici, Gunsalvus Johannis, Petrus Petri, Domnus Nicholaus, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Johannes Pelaiz.

Item, in collatione Sancti Juliani de Sequeira.—Stephanus Martini, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex est patronus, et ipse idem abbas est comendator heremite Sancti Verimi, de qua Dominus Rex non est patronus, sed habet in istis collationibus regalengum in leiris, scilicet, in Villa Pauca ij. leiras et in Pedragal j. leiram et in Palmazo j. leiram et in Novigildi j. leiram et in agra de Ortozelo iiij. leiras et in agra de Maariz xiij. leiras et in Varzea j. leiram et in Fortayna j. leiram et in casali Pelagii Didaci ij. leiras et in casali de Palatiis iij. leiras et in Novaelios j. leiram et in rippario j. leiram et in casali de Regi j. leiram et in casali de Barrio ij. leiras et in Esperanci j. leiram et tota agra de Pena et cortina de Pena et in Fonte de Menendo j. leiram et outeiro das Caes cum sua devessa. Et de omnibus istis leyris dant Domino Regi annuatim terciam partem tocius fructus, et quicumque ibi laboraverit et collegerit de pane ultra j. taligam de capitale, dabit unusquisque per se singulos franganos et x.x. ova et vocant maiordomum Domini Regis ad colligendum panem et ducunt usque ad terminos Judicatus. Item, dant Domino Regi annuatim sive habeat sive non, scilicet, de hereditate Menendi Menendi vj. taligas de pane. Item, de seara de quintanas Sancti Juliani, j. almude. Item, in Lordoeira de hereditate que jacet cum Gunsalvo Johannis, j. almude panis. Item, de j. leira que jacet in cortinas, j. medium alqueire panis. Item, de hereditate de Vilar, j. almude panis. Item, de hereditate Marie Pelaiz[2] de Rial, j. almude. Item, de casali de Fonte, j. taligam de pane, et hoc dant per mensuram Bracare, Item, dixit quod de tota hereditate que fuit Martini Viadeiro faciebant tale forum, scilicet, ibant in mandatum Domini Regis vel domino terre usque Colimbriam et non amplius, et non faciebat inde aliud forum. Modo vero est tota ipsa hereditas desenparata et est posita in regalengo et dant inde Domino Regi annuatim terciam partem tocius fructus et vocant maiordomum Domini Regis ad colligendum panem. Item, dixit quod in ista collatione sunt xxx v. herdatores et dimidius et dant Domino Regi annuatim unusquisque per se tales directuras, scilicet, pro Natali singulas spatulas de xij. xij. costis cum singulis mediis alqueires de castaneis viridis, et pro Entroydo singulos cabritos, et pro Pascha singulos caseos cum x.x. ovis, et pro festo Sancti Johannis Babtiste singulas taligas de centeno pro fugacia cum singulis franganis, et pro Sancto Michaele singulos almudes de vino crudo in dorna et singulos almudes de castaneis viridis; et omnes isti dant in prima feria vj.ª Madii annuatim xxj. bragaes et j. varam et terciam et xiiij. denarios et v. paria de ferraturis cum suis cravis pro fossadaria ambarum parrochiarum. Item, dixit quod de casali de Rege dant pro foro Domino Regi annuatim, scilicet, in Natali iiij.^or gallinas et viij. panes de duobus duobus denarios de Bracara et j. alqueire de vino. Item, de hereditate Alfonsi Didaci dant ij. gallinas et vj. panes de ij. ij. denarios et /[fl. 27 v.º] j. alqueire de vino, et de isto medio herdatore superius nominato dant medium forum. Item, dixit quod audivit quod Didacus Egee et ejus mater et Johannes Petri coronel comparaverunt ibi hereditates forarias Domini Regis, de quibus perdit Dominus Rex forum et directuras suas.

Item, dixit quod de quintana de Fogioo debet esse maiordomus Domini Regis de terra. Item, dixit quod de quintana de Paacios debet esse maiordomus de eyris. Item, de hereditate Gunsalvi Petri de Paacios debet esse maiordomus terre et de eyris. Item, dixit quod in ista collatione intrat maiordomus Domini Regis et pectant vocem et calumpniam,[1] dant de loitosa ij. ij. morabitinos. Item, dixit quod de casali de Rege superius nominato tollit inde archiepiscopus Bracarensis medietatem tocius fori noviter. Item, dixit quod iste due ecclesie acquisierunt ibi hereditates forarias, de quibus Dominus Rex perdit annuatim totum directum suum. Item, dixit quod homines de Villa Pauca et de Palaciis qui nolunt rumpere et excolere in gandera de Chaeira, que jacet super stratam de Barcelus, que libera est Domini Regis[2] et usi sunt eam, archidiaconus Domnus Giraldus Bracarensis excomunicat eos et propter hoc homines non rumpunt nec excollunt eam. Item, dixit quod milites et ordines nichil acquisierunt ibi de novo et ame militum non sunt ibi. Item, dixit quod honores novi nec veteri sunt ibi. Item, dixit quod non habent alium dominum nisi solum Dominum Regem.

Dominicus Menendi, Dominicus Laurencii, Dominicus Petri, Petrus Laurencii, Petrus Petri, Johannes Laurencii, Dominicus Menendi, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Stephanus Martini abbas.

Item, in collatione Sancti Michaelis de Guysandi.—Martinus Johannis[3], abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit[4] quod Dominus Rex non est patronus nec habet ibi regalengum, sed dant[5] Domino Regi annuatim de fossadaria pro Kalendis Januarii, scilicet, de quintana de Bario[6] Malo de Petro Onriz, viij. varas de bragal.

[1] **B.** pectant—[2] **B.** Paez

[1] **B.** *acrescenta:* et—[2] **B.** Regi—[3] **B.** Petri—[4] **B.** dixerunt—[5] **B.** *Falta*—[6] **B.** Barrio

Item, de quintana de Fonte, iiij. varas de bragal. Item, de quintana Petri Suariz, iij. varas de bragal Item, de hereditate Maior Pelaiz, j. vara de bragal. Item, de quintana de Outeiro, ij. va(ra)s de bragal. Item, de quintana de Godina[1] Achaque, j. denarium. Item, de quintana de Casalibus, vj. denarios. Item, dixit quod Domnus Petrus Suariz Escaldado comparavit ibi hereditates de antiquo, unde tollunt Domino Regi annuatim x. varas de bragal. Item, dixit quod de ista collatione pectant vocem et calumpniam et dant loitosam dominos suos. Item, dixit quod honores et milites et ordines nichil acquisierunt ibi de novo preter Hospitale quod acquisivit ibi quandam hereditatem de novo. Item, forarii Domini Regis et ame militum non sunt[2] in tota ista[3] parrochia nec ullum aliud forum faciunt Domino Regi

Pelagius Pelaiz, Petrus Pelaiz, Martinus Pelaiz, Petrus Petri, Petrus Pelaiz, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Martinus Johannis[4] abbas.

Item, in collatione Sancti Thome de Moymenta.—Martinus Johannis, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus nec habet ibi regalengum, sed dant Domino Regi annuatim de fossadaria pro Kalendis Januarii, scilicet, de hereditate Petri Silvestris vj. varas de bragal et unam sextam de vara de bragal, et nutriverunt ibi Laurencium Fernandi de Cunia et tollit inde j. varam minus sexta. Item, de hereditate de Ousenda Pelaiz, vj. varas et sextam. Item, de hereditate Gunsalvi Pelaiz, iiij. varas mediam de bragal. Item, de hereditate Marie Roncine, iiij. varas. Item, de hereditate Marie Cabrite, j. varam et per omnes istos qui dant fossadariam debet habere Dominus Rex sextam de vara. Item, de hereditate Laurencii Johannis, j. gallinam. Item, dixit quod in ista collatione intrat maiordomus Domini Regis et pectant vocem et calumpniam, preter nepotes et filios Petri Silvestris qui se[5] defendunt per amadigum Domini Laurencii Fernandi de Cunia. Item, dixit quod honor novus et cautum et forarii Domini Regis non sunt ibi, et milites et ordines nichil acquisierunt ibi de novo.

Dominicus Durandi, Simeon Petri, Martinus Laurencii, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Martinus Johannis abbas.

Item, in collatione Sancti Mametis de Cesuras.—Suerius Pelaiz, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus, sed habet ibi unum campum sub carrariam de quo dant Domino Regi annuatim j. taligam de pane per mensuram Bracare. {Item, de casali que fuit Johannis Moniz dant Domino Regi annuatim medietatem (de)milio et terciam partem (de)centeno et fuit de mor(to)rum istud casale}[6]. Item, dixit quod dant Domino Regi annuatim de fossadaria pro Kalendis Januarii, scilicet, de casali Petri Lupi de Quinteela, j. bragal. Item, de hereditate de Riale Dominici Barrario, j. bragal minus viiij. denarios et tollit inde Johannes Rotondus[1] istos viiij. denarios quia acquisivit ibi hereditatem Dominici Barrario. Item, de casali Marie Moniz, iij. varas, et tollit inde ipse Johannes Rotondus unam quintam de vara quia acquisivit ibi hereditatem de novo. Item, de hereditate de Domno Horio, j. bragal et tollit inde Johannes Rotondus[2] j. solidum quia acquisivit ibi hereditatem de novo. Item, de hereditate Petri Gunsalvi de Fonte, x. varas de bragal. Item, de hereditate Pelagii Arteiro, j. bragal et tollit inde Johannes Nuniz[2] miles ij. partes de bragal et octava. Item, de hereditate Johannis Moniz, j. vara. Item, dixit quod in ista collatione pectant vocem et calumpniam preter illos qui morantur in hereditatibus militum. Item, dixit quod non sunt in tota ista parrochia honores novi nec cautum nec forarii Domini Regis nec ame militum. Item, dixit quod nullum aliud forum faciunt Domino Regi.

Gunsalvus Pelaiz, Dominicus Johannis, Johannes Petri, Johannes Pelaiz, Martinus Laurencii, Domnus Duram, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Suerius Pelaiz abbas.

Item, in collatione Sancti Salvatoris de Tevoosa.—Petrus Dominici, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus nec habet ibi regalengum, sed dant Domino Regi annuatim pro Kalendis Januarii, scilicet, de hereditate carpentariorum de sauto iiij. varas de bragal. Item, de hereditate de Bicayno, j. solidum de antiquo et modo non dant nisi viij. denarios et non mostrant quare non persolvunt j. solidum. Item, de quintana de Barrariis, iiij. varas, et Martinus Gomez acquisivit ibi hereditatem et tollit inde j. varam et terciam. Item, dixit quod tota parrochia ista est honor vetus de Ramiraos et non pectant nisi tria calumpnia et non sunt ibi forarii Domini Regis nec vadunt extra laborare hereditates forarias seu regalengas Domini Regis.

Martinus Johannis, Menendus Petri, Johannes Petri, Dominicus Menendi, Petrus Johannis, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Petrus Dominici abbas.

Item, in collatione Sancti Jacobi de Piiscos.—Martinus Menendi, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit /fl. 28 quod Dominus Rex non est patronus nec[3] habet ibi regalengum, sed dant Domino Regi annuatim pro Kalendis Januarii, scilicet, de hereditate Marie Vagar j. bragal. Item, de quintana Menendini[4] ij. bragaes. Item, de hereditate Alfonsi Gunsalvi, j. bragal. Item, de hereditate Pelagi Alfonsi, j. bragal. Item, de quintana que fuit Petri Pelaiz, iiij. varas. Item, de hereditate de Franquinos ij. varas. Item, de hereditate Godine Ver-

[1] **B.** Gondina—[2] **B.** *acrescenta:* ibi—[3] **B.** *Falta*—[4] **B.** Petri—[5] **B.** *acrescenta:* de—[6] *Vid. p. 1413, col. 2.ª, nota 1.*

[1] **B.** Rolundus—[2] **B.** Moniz—[3] **B.** sed—[4] **B.** Menendi

mudi, j. bragal. Item, de hereditate Martini Eitat, j. bragal et tollit inde Michael Menendi miles ij. varas mediam de bragal, quia emit ibi hereditatem. Item, de hereditate Petri Mondiiz, xij. varas de bragal.

|Item, dixit quod Dominus Rex habet terciam partem de hereditate que jacet in loco qui dicitur Cad(ima) et fuit de maniadigo (et te)nuit eam prestamarius (Domini) Regis et jam et modo non re(consnos)cunt illam Domino Regi. (Audi)verat autem que de ista heredi(tate) consueverant dare Domino (Regi) annuatim pro fossadaria (iiij.) varas de bragal, de quibus nichil (modo percipit) Dominus Rex. Item, dant de here(ditate) Johannis Mondiiz cum sua (heredi)tate de fossadaria iij. (varas media) de bragali|[1]

Item, de hereditate Pelagii Pega, media vara de bragal. Item, dixit quod milites et ordines nichil acquisierunt ibi de novo. Item, dixit quod ame militum et forarii Domini Regis non sunt ibi, preter quod audivit quod Pelagius Alfonsi[2] fuerat maiordomus de Penafiel de terra et Petrus Alfonsi, similiter. Item, dixit quod in ista parrochia sunt honores veteri et non pectant nisi iij. calumpnia[3]. In aliis vero locis intrat maiordomus Domini Regis et pectant vocem et calumpniam. Item, dixit quod nullum majus forum faciunt Domino Regi.

Domnus Payol, Dominicus Maurus, Petrus Christel, Dominicus Grilo, Johannes Petri, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Martinus Menendi abbas.

Item, in cauto monasterii Sancte Marie de Vimenario.—Petrus Petri, clericus ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Domna Regina Tarasia, uxor comitis Domini Anrici, dedit hoc monasterium de Vimenario cum omnibus juribus regalibus et pertinenciis suis Sancto Petro de Crognedo pro remedio anime sue et parentum suorum et cautavit illud per[4] patronos. Et de hoc nos inquisitores vidimus inde transcriptum testamenti et[5] legimus[6]. Tamen de ipso monasterio dant Domino Regi annuatim quartam partem de collecta et nichil amplius habet ibi. Item, dixit quod forarii Domini Regis non sunt ibi.

Petrus Menendi, Giraldus Johannis, Johannes Menendi, Johannes Johannis capellanus, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Petrus Petri clericus.

Item, in collatione Sancti Laurencii de Celeiroos.—Johannes monacus, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus nec habet ibi regalengum nec fossadariam, nec forarii Domini Regis non sunt ibi, sed jacet in cauto de Vimenario et[5] exemptum, sicut supra nominatum est.

[1] *Vid. p. 1413, col. 2.ª, nota 1.*—[2] **B.** Alfonfossi—[3] **B.** calumpnias
[4] **B.** pro—[5] **B.** *Falta.*—[6] *É a doação do mosteiro de Vimieiro, feita pela «rainha» D. Teresa à abadia de Cluny, em 23/V/1127, publ. in* DR, *I, n.º 75.*

Dominicus Pelaiz, Vincencius Gunsalvi, Johannes Menendiz, Johannes Martiniz, Dominicus Pelaiz, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Johannes monacus abbas.

Item, in collatione Sancte Marie de Avelaneto, quod est in cauto de Vimenario.—Abbas non erat ibi, sed Menendus Petri, parrochianus ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus nec habet ibi regalengum nec fossadariam, nec forarii Domini Regis non sunt ibi nec vadunt laborare extra cautum[1] hereditates forarias seu regalengas Domini Regis.

Dominus Vincencius, Johannes Pelaiz, Pelagius Johannis, Martinus Petri, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Menendus Petri.

Item, in collatione Sancti Saturnini de Sequaria.—Johannes Johannis, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus nec habet ibi regalengum, sed dant Domino Regi annuatim de fossadaria pro Kalendis Januarii, scilicet, de hereditate Pelagii Cabreiros cum germanitate sua iij. varas de bragal. Item, de hereditate Pelagii Arlote, iij. varas de bragal. Item, de hereditate de Nuno, ij. varas de bragal. Item, dixit quod milites et ordines nichil acquisierunt ibi de novo. Item, dixit quod forarii Domini Regis non sunt ibi nec ame militum nec honores novi. Item, dixit quod pectant vocem et calumpniam et intrat ibi maiordomus Domini Regis.

Petrus Martiniz, Martinus Johannis, Johannes Petri, Dominicus Cabreiro, Dominicus Laurencii, Petrus Petri, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Johannes Johannis abbas.

Item, in collatione Sancti Salvatoris de Figueireto, quod est in cauto de Vimenario.—Dominicus Suerii clericus, juratus et interrogatus, dixit quod Dominus Rex non est patronus, sed habet ibi unum casale regalengum et non est populatum et dant de ipso casali Domino Regi annuatim pro toto foro j. morabitinum. Item, dixit quod forarii Domini Regis non sunt ibi nec vadunt laborare extra cautum hereditates forarias seu regalengas Domini Regis.

Petrus Martiniz, Duram Martiniz, Suerius Petri, Menendus Petri, Domnus Simeom, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Dominicus Suariz clericus.

Item, in collatione Sancte Ovaye de Arnoso.—Domnus Giraldus, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus, sed habet ibi Dominus Rex regalengum, scilicet, medietatem unius casali et dant Domino Regi annuatim terciam par-

[1] **B.** captum

tem de auctuno et de vino. Et de aliis, medietatem et vocant maiordomum Domini Regis ad colligendum panem et ducunt panem ad cellarium qui non est extra Judicatum, et dant pro directuris j. spatulam de xij. costis et castaneis et medium de cabrito et v. affusaes de lino gramado. }Item, in Anguyeiro, j. (leiram), de qua dant annuatim (sive) habeat sive non j. taligam (de pane) per mensuram Bracare{[1].

Item, in Barreiros j. leiram, de qua dant terciam partem tocius fructus et pro directura j. franganum. Item, dixit quod in Outeiro de Arnoso est unum cabezale de casali bene divisatum et demarcatum et dant Domino Regi annuatim terciam partem tocius fructus, et maiordomus terre dat illud cui sibi plus dederit, quia non est populatum. Item, dixit quod in Outeiro de Arnoso in cortinali monasterii est alia leira regalenga et abbas vallavit eam cum suis et fecit ibi vineam et nichil percipit inde Dominus Rex. Item, dixit quod dant annuatim Domino Regi de foris et de directuris, scilicet, de hereditate de Outeiro, j. spatulam de xij. costis cum castaneis et j. cabritum, et pro fossadaria, ij. bragaes. Item, de casali de Ourato viij. varas de bragal et tollit inde Petrus Homo et Petrus Corria et Martinus Avoyn clerico iiij. varas et tercia, quia acquisierunt ibi de novo. Item, de hereditate de Ripario j. spatulam cum castaneis. Item, de casali ubi moravit[2] Petrus Tasca, ij. bragaes.

Item, dixit quod de quantis foguis fuerint in ista collatione dabunt annuatim singulas gallinas preter quintana de Arnoso que est honor vetus. Item, dixit quod Johannes Corrigia acquisivit ibi hereditatem forariam Domini Regis modo de novo. Item, dixit quod ordines nichil acquisierunt ibi nec est ibi honor novus et ame militum et forarii Domini Regis non sunt ibi, preter quod in hereditate Menendi Petri debet esse presso. Item, dixit quod ista collatione pectant vocem et calumpniam et intrat ibi maiordomus Domini Regis.

Domnus Facundus, Martinus Petri, Petrus Cavaleiro, Petrus Petri, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Domnus Giraldus abbas.

Item, in collatione Sancti Michaelis de Sogiofrey.—Pelagius Gunsalvi, abbas ipsius ecclesie, /fl. 28 v.º juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus, sed habet ibi regalengum in leiris, scilicet, in Pereiroo j. leiram et in Martiinga j. leiram, de qua dant j. almude panis per mensuram Bracare.

Item, in Civitate, j. terrenum de quo Dominus Rex habet quartam partem. Item, in Vallos, j. campum. Item, sunt ibi duo casalia regalenga populata, de quibus nullum forum faciunt Domino Regi, quia dicunt quod Dominus Rex Sancius primus dedit cuidam petrario, et de istis leiris dant Domino Regi annuatim terciam partem panis et vocant maiordomum Domini Regis ad colligendum panem et ambulant cum renda de Vermuy. Item, dixit quod non dant fossadariam nec pectant vocem et calumpniam quia est honor Menendi Pele, et forarii Domini Regis et honor novus non sunt ibi nec ullum forum faciunt Domino Regi.

Johannes Petri, Martinus Petri, Laurencius Menendi, Dominicus Martini, Petrus Dominici, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Pelagius Gunsalvi abbas.

Item, in collatione Sancte Cecilie.—Petrus Menendi, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus nec habet ibi regalengum, sed dant annuatim Domino Regi de fossadaria, scilicet, de hereditate Gallorum j. bragal. Item, de hereditate Petri Vermudi, j. bragal. Item, de hereditate Domni Fernandi, j. bragal et tollit inde Martinus Petrizote annuatim j. terciam de vara quia acquisivit ibi hereditatem et fecit in eodem loco[1] casam de morada modo de novo. Item, de palacio de Louredo, x. varas de bragal. Item, de casali de Agrela, iiij. varas de bragal. Item, de casali de Arlote, iij. varas de bragal. Item, de hereditate de Lavadus, j. bragal. Item, de hereditate Pelagii Pelaiz de Outeiro, j. vara. Item, de hereditate Petri Didaci, terciam de bragal. Item, de hereditate Pelagii Didaci, ij. varas de bragal. Item, dixit quod in ista collatione intrat maiordomus Domini Regis et pectant vocem et calumpniam. Item, dixit quod Martinus Petrizote comparavit medietatem unius quintane et per istam honorem quam fecit de novo herdatores forarii vendunt omnia que habent et recedunt et percuciunt homines ibi et faciunt eis multa mala. Item, dixit quod ordines nichil acquisierunt ibi de novo et forarii Domini Regis et ame militum non sunt ibi.

Johannes Pelaiz, Dominicus Pelaiz, Dominicus Suariz, Martinus Galo, Petrus Dominici, Petrus Petri, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Petrus Menendi abbas.

Item, in collatione Sancti Bartholomei de Tydin.—Dominicus Martini, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus et non habet ibi regalengum, sed dant Domino Regi annuatim de fossadaria, scilicet, in barrio de quintana Suerii Savariguit ij. bragaes. Item, de quintana Monio Ferrario iiij. varas de bragal. Item, de casali Domni Simeonis de Fonte cum germanitate sua[2], iij. varas. Item, de hereditate de Tranquinos, j. bragal. Item, de hereditate de Leiras, v. varas.[3] Item, de dereditate Petri Perro, j. bragal. Item, de quintana de Porta, v. varas. Item, de hereditate de Portelo, iiij. varas, et Valascus Laurencii tollit inde ij. varas de bragal quia acquisivit ibi hereditatem modo de novo. Item, de hereditate Sancti Ogees, j. bragal, et unus clericus tollit inde terciam partem de novo. Item, de hereditate de Chousela, iij. bragaes de

[1] *Vid. p. 1413, col. 2.ª, nota 1.*—[2] **B.** moratur

[1] **B.** locum—[2] **B.** *Falta.*—[3] **B.** *acrescenta :* de bragal

antiquo, et dant inde filios et netos de Martinus de Chousela j. bragal et Pelagius Martini et Maria Petri et frayres Tenpli tollunt inde ij. bragaes. Item, dixit quod ecclesia acquisivit ibi hereditatem et tollit de ista fossadaria iiij. varas et tercia de bragal. Item, dixit quod in ista collatione intrat maiordomus et pectant vocem et calumpniam. Item, dixit quod milites et ordines nichil acquisierunt ibi magis de novo, preter Suerius Menendi miles quia acquisivit ibi hereditatem de novo et fecit casam[1], et Pelagius Menendi Tidim qui acquisivit ibi hereditatem, et tollunt inde de bragali Petri Perro quartam partem. Item, dixit quod forarii Domini Regis non sunt ibi et ame militum. Item, dixit quod dant pro loitosam quidam meliorem sinalem quod maiordomus invenerit aut ij. ij. morabitinos. Item, dixit quod majus forum non faciunt.

Alfonsus Ramiriz, Johannes Petri, Menendus Gunsalvi, Johannino, Johannes Simeonis, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Dominicus Martini abbas.

Item, in collatione[2] *Sancti Salvatoris de Arintim.*—Andre Pelaiz, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus nec habet ibi regalengum, nec forarii Domini Regis et milites et ordines nichil acquisierunt ibi nec intrat ibi maiordomus Domini Regis nec pectant vocem et calumpniam, quia est honor Ecclesie Bracarensis, nec vadunt extra laborare hereditates forarias seu regalengas Domini Regis.

Johannes Dominici, Johannes Fernandi, Dominicus Giraldi, Domnus Silvestri, Petrus Sueriz, Petrus Pilitarius, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Andre Pelaiz abbas.

Item, in collatione Sancti Pelagii de Royli.—Petrus Pelaiz, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex est patronus et habet ibi regalengum populatum, scilicet, duodecim casalia et dant Domino Regi annuatim, scilicet, de cortinis, medietatem de omni fructu excepto tritico, de quo dant terciam partem[3]. Et si magis seminaverit quam ij. alqueires dabit medietatem, et si fecerint rebollam, dabunt terciam partem, et de illo quod seminaverint in agra pro auctuno[4] extra casalia dabunt terciam partem, et de milio medietatem in locis quibusdam et in aliis terciam partem et de baucis dant[3] quartam partem et de lino dant medietatem et de omni revolta terciam partem, et dant de vino medietatem, et si forte[5] in linare suo linum non seminaverint vel non potuerint, dabunt x. x. affusaes de lino; et si seminaverint ibi aliud semen, dabunt medietatem et debet eligere maiordomus Domini Regis de istis duobus qui inde voluerit. |Et dant singulas taligas de centeno et singulas taligas de milio pro eiradiga per men(su)ram veterem, et dant (eyr)adigam de vino per eadem (m)ensuram, scilicet, qui habuerit tres (modios) vini, dabit j. puzal, (et de) iij. modios ad minus, da(bit) secundum quantitatem vi(ni)|[1]. Et vocant maiordomum Domini Regis ad colligendum panem et ducunt ad palacium Domini Regis quod est in ipsa villa. Item, dant Domino Regi annuatim pro directuris, scilicet, pro festo Sancti Johannis Babtiste, singulas taligas de centeno pro fugacia per mensuram veterem et singulos franganos de lino, et pro Sancto Michaele singulos porcos qui valeant singula bragalia et singulos capones et singulos franganos et singulas gallinas cum xx. xx. ovis, et pro Natale Domini singulas spatulas de novem costis sine pedibus cum singulis mediis alqueires de castaneis, et si non habuerint castaneas, dabunt ij. ij. denarios pro eis, et pro Pascha[2] singulos cordarios albos in uno anno et in alio anno singulos cabritos, et qui non habuerit oves dabit cabritum, et qui habuerit porcam, dabit lectigam quotiens peperit ipsa porca, et dant medietatem de mazanis et de piris et de nucibus, et pro primo die Madii dant singulos bragaes. Item, dant Domino Regi /[fl. 29] annuatim de duobus molendinis de Trebelio xij. varas de bragal. Item, de molendino de Ibia, j. vara de bragal. Item, de molendino de Quilipes, medium bragal. Item, de molendino de Varzena, ij. bragaes. Item, de molendino de Puteo Nigro, ij. bragaes minus quarta. Item, dant Domino Regi annuatim pro Kalendis Januarii, de sautis regalenguis que tenent ista casalia, scilicet, de sauto de casali Johannis Mauri, j. quartarium de castaneis. Item, de casali de Silvestro, j. quartarium. Item, de casali de Pedreiro, j. quartarium. Item, de casali de Pedragal, j. quartarium. Item, de casali Johannis Petri de Fonte Pena, j. taligam. Item, de casali Petri Pelagii, iij. taligas. Item, de casali Laurencii Pelaiz j. sextarium. Item, de casali Martini Pelagii et de casali Petri Dominici, v. taligas. Item, de casali Johannis Franco, j. sextarium. Item, de casali Johannis Conelio, iij. taligas; de casali Johannis Mazon, iij. taligas. Item, de hereditate que vocatur Eest, j. taligam. Item, de Chausela, j. taligam. Item, de sauto Marie Laurencii cum germanitate sua, j. taligam. Item, de casali de Alvarido, j. taligam. Et omnes iste castanee debent esse siccas et hoc per mensuram veterem, et ecclesia debet habere decimam de istis castaneis.

Item, de aliis sautis dant Domino Regi annuatim de stiva, scilicet, de Silvana j. cabaaza de vino. Item, de Petro Caniom, j. caponem x. ova. Item, de filiis Petri Cota, j. franganum x. ova. Item, de Lupa et de Laurencio Pelaiz cum germanitate sua, j. caponem et j. franganum et[3] x. ova. Item, de Domno Vincentio, j. caponem x. ova. Item, de quebrada de Eest, j. caponem x. ova, et v. affusales[4] de lino si non dividerint linum, et quicumque collegerit istas castaneas debet persolvere istas

[1] et fecit casam, *entrelinhado*—[2] **B.** collactionis—[3] **B.** *Falta*—[4] **B.** actuno—[5] **B.** vero

[1] *Vid. p. 1413, col. 2.ª, nota 1.*—[2] **B.** Pasca—[3] **B.** *Falta*—[4] **B.** afusaes

directuras alioquin faciat maiordomus Domini Regis de castaneis libitum suum. Item, dixit quod in ista collatione sunt alie leire regalengue, scilicet, in casali de Alvarido, j. leira. Item, in Lamela ij. leire. Item, in Nesperaria, j. bauza. Item, in casali de Eest, ij. leire cum suo mato et sauto. Item, in Agro Malo, j. bouza[1], et sunt inde iij. partes Domini Regis, et de una parte extrahunt inde sextam partem. Item, in cima de Bagoim, j. bauza, et de istis leiris dant talem particionem panis qualem dant de aliis supradictis unusquisque in quo loco jacet. Item, dixit quod habet ibi unam senaram et dant inde terciam partem de auctuno et medietatem de milio et maiordomus Domini Regis dat istas leiras cui sibi plus dederit, exceptis illiis de quibus persolvunt directuras. Item, dixit quod non pectant vocem et calumpniam nisi iij, nec dant loitosam, et istud habent ex usu. Item, dixit quod ricus homo pausat in palatio.

Item, dixit quod milites et ordines nichil acquisierunt ibi. Item, dixit quod forarii Domini Regis et ame militum non sunt ibi. Item, dixit quod terminus istius regalengui Domini Regis dividit per portum Pelagii Franqui, ubi stabat marcus de veteri et arrincaverunt eum, et deinde venit ad marcum de bauza de Fiel, et deinde ad marcum de Gandera et inde ad campum de Tidim, deinde ad marcum de Vilar, deinde ad[2] bauzam longam quomodo vertit aquam cum Cuyna, deinde ultra aqua de Este[3] ad cumenariam usque ad terminum de Tevoosa, et inde ad covam de Valle Romano, et inde ad marcum de presa de Ramada, et deinde quomodo vadit ad portum de Candenaria ubi stat marcus, deinde per rivum ad Noverei, et deinde ad petram selayra, et deinde ad petram de Avis.

Pedreirus, Laurencius Pelaiz, Johannes Petri, Johannes Pelaiz, Menendus Johannis, Dominicus Johannis, Petrus Dominici, Johannes Martiniz, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Petrus Pelaiz abbas.

Item, in collatione Sancti Fiiz de Bastugio.—Dominicus Martiniz, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus, sed habet ibi regalengum, scilicet, in Bouzoos j. leiram et in Paoes j. leiram et faciunt de eis forum maiordomo de Faria quia sunt de termino suo. Item, dixit quod forarii Domini Regis non sunt ibi. Item, dixit quod nullum forum faciunt Domino Regi quia est honor Domni Petri Escacha de veteri, et dedit monasterio de Tivyaes pro anima sua. Item, dixit quod vadunt laborare in terram devassa et non faciunt forum inde Domino Regi. Item, dixit quod non intrat ibi maiordomus Domini Regis nec pectant vocem et calumpniam.

Johannes Garcie, Laurencius Petri, Petrus Alvitit, Martinus Dominici, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Dominicus Martini abbas.

[1] **B.** bauza—[2] **B.** de—[3] **B.** Eeste

Item, in collatione Sancti Michaelis de Cunya.—Menendus Pelaiz, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex est patronus medietatis istius ecclesie et habet ibi regalengum, scilicet, xiij. casalia et dant Domino Regi annuatim, scilicet, de arroteas quartam partem de omni fructu, et adveniunt se cum maiordomo et dant de auctuno terciam partem de milio, lino et fabis medietatem et omni revolta dant terciam partem tocius fructus, et pro eiradiga singulos sextarios de panem[1], scilicet, de milio et centeno per mensuram Bracare, preter casale de Gondemar de quo dant pro eyradiga j. taligam de pane mediato et de vino dant[2] medietatem, et si habuerint x. x. puzales de vino, dabunt singulos sextarios de vino, quod si non habuerint x. x. puzales, dabunt secundum eyradigam secundum quantitatem vini, et dant annuatim pro directuris scilicet, pro Natali, singulas spatulas de xij. costis sine pede cum iiij. iiij. denariis, et pro Pascha singulos cabritos et singulos caseos cum x. x. ovis, }et qui habuerit porcam, dabit (leitigam){[3] et pro Sancto Johanne singulas taligas de tritico pro fugacia et debent eas segare de agro et singulos franganos cum x. x. ovis, et pro Sancto Michaele dant ij. ij. capones cum x. x. ovis, et de veteri solebant dare singulos bragales, et modo dant pro eis singulos medios morabitinos, preter casale de Gondemar quod non dat caseum et ova et franganum et capones. Et hoc forum faciunt xj. casalia. De aliis vero duobus casalibus que vocantur de Eyras dant annuatim terciam partem tocius fructus et dant pro eyradiga panis et vini singulos capones et singulos franganos et pro directuris dant singulas spatulas de xij. costis cum iiij. iiij. denariis, et ista xiij. casalia dant annuatim pro pedida de maiordomo ij. ij. solidos, et vocant maiordomum Domini Regis ad colligendum panem et non levant extra villam. Item, dixit quod non pectant vocem et calumpniam, et dant pro loitosa j. bovem vel vaccam, et si non habuerit, dabit melius donum quod habuerit, excepta bestia. }Item, dixit quod casale de (Caal est) regalengum Domini R(egis, et) dat de toto fructu, sic(ut de aliis) casalibus xiij. supradictis{[3]. Item, dixit[4] forarii Domini Regis non sunt ibi et habet ibi honor de vetus Domni Gunsalvi Ramiriz. Item, dixit quod sunt ibi alie leire regalengue, scilicet, in agra de Mondoes ij. leire, et de duabus dant medietatem de milio et terciam de alio fructu, et de alia dant terciam partem tocius fructus. Item, in agra de Peroes, j. leira[2], de qua dant quartam partem tocius fructus et j. gallinam. Item, in seara de militibus, ij. leire vinee, de quibus dant medietatem vini. Item, in Linar de Crasto, j. leira de qua dant terciam partem autuni et mediatem[5] de milio.

Domnus Salvator, Petrus Salvatori, Petrus Pelaiz, Martinus Johannis, Nunus Gunsalvi, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Menendus Pelaiz abbas.

[1] **B.** pane—[2] **B.** *Falta*—[3] *Vid. p. 1413, col. 2.ª, nota 1.*—[4] **B.** *acrescenta:* quod—[5] **B.** medietatem

/fl. 29 v.º *Item, in collatione Sancti Jacobi de Cambeses.*—Suerius Pelaiz parrochianus, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus nec habet ibi regalengum nec forarii Domini Regis non sunt ibi nec pectant vocem et calumpniam nec ullum forum faciunt Domino Regi, et est cautum cautatum per patronos, quia dicunt quod Dominus Rex nesciunt *(sic)* quam dedit ecclesie Braccarense. Item, dixit quod vadunt laborare extra cautum hereditates forarias et faciunt inde forum suum Domino Regi.

Dominicus Sueriz, Pelagius Dominici, Pelagius Martiniz, Suerius Pelaiz, Petrus Laurencii, Suerius Sueriz, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Suerius Pelaiz.

Item, in cauto monasterii Sancti Martini de Tiviaes.—Domnus Gonsalvus, abbas ipsius monasterii, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus nec habet ibi regalengum, et est cautum cautatum per patronos divisos quod cautavit Domnus Comes Henricus et uxor ejus infantissa Domna Tarasia, Domni Illustrissimi Regis Alfonsi filia, et tenent inde cartam quam nos inquisitores vidimus et legimus[1]. Et omnia jura que ad regem pertinent predicto monasterio penitus concesserunt. Item, dixit quod dant Domino Regi annuatim mediam collectam. Item, dixit quod forarii Domini Regis non sunt ibi nec vadunt laborare extra hereditates forarias seu regalengas Domini Regis nec aliquod inde forum faciunt Domino Regi.

Petrus Pelaiz prior ejusdem loci, Petrus Gunsalvi quondam abbas, Stephanus Johannis judex ejusdem cauti, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Domnus Gunsalvus abbas.

Item, in collatione Sancti Pelagii de Merlim, que est in cauto monasterii de Tivyaes.—Abbas non erat ibi, sed Petrus Albus, parrochianus ejus, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus nec habet ibi regalengum, et forarii Domini Regis non sunt ibi nec vadunt extra laborare hereditates forias[2] seu regalengas Domini Regis, nec intrat ibi maiordomus Domini Regis et non pectant vocem et calumpniam.

Silvester Tisino, Stephanus Johannis, Domnus Giraldus, Johannino, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Petrus Albus.

Item, in collatione Sancti Adriani de Paadin, que est in cauto monasterii[3] *de Tiviaes.*—Dominicus Pelaiz, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus nec habet ibi regalengum, et forarii Domini Regis non sunt ibi nec vadunt extra laborare hereditates forarias seu regalengas Domini Regis, nec ullum forum faciunt Domino Regi inde.

[1] *Vid. esta carta de couto, de 25 de Março de 1110, em* DR, *I, n.º 17.*—[2] **B.** forarias—[3] **B.** *Falta.*

Johannes Roderici, Johannes Dominici, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Dominicus Pelaiz abbas.

Item, in collatione Sancti Salvatoris de Paadin, que est in cauto monasterii de Tiviaes.—Petrus Martini, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus nec habet ibi regalengum nec forarium nec vadunt extra laborare, nec ullum forum faciunt inde Domino Regi.

Dominicus Petri, Suerius Petri, Dominicus Pelaiz, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Petrus Martini abbas.

Item, in collatione Sancte Marie de Panoias, que est in cauto monasterii de Tiviaes.—Abbas non erat ibi, sed Stephanus Petri parrochianus, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus nec habet ibi regalengum nec laborant extra cautum, et forarii Domini Regis non sunt ibi nec ullum forum faciunt inde Domino Regi.

Petrus Pelaiz, Dominicus Petri, Dominicus Petri, Dominicus Petri *(sic)*, Petrus Martini, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Stephanus Petri.

Item, in collatione Sancti Pelagii de Parada, que est in cauto monasterii Tivyaes.—Abbas non erat ibi, sed Dominicus Nuniz parrochianus ejus, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus nec habet ibi regalengum nec vadunt laborare extra cautum, et forarii Domini Regis non sunt[1] nec ullum forum faciunt inde Domino Regi.

Laurentius Petri, Stephanus Martini, Domnus Menendus, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Dominicus Nuniz.

Item, in collatione Sancte Marie de Mir[2], *que est in cauto ejusdem*[3] *monasterii de Tiviaes.*—Abbas non erat ibi, sed Martinus Martini parrochianus istius ecclesie juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus nec habet ibi regalengum nec vadunt laborare extra cautum, nec forarii Domini Regis sunt ibi nec ullum forum faciunt Domino Regi inde.

Petrus Martiniz, Domnus Giraldus, Dominicus Petri, Johannes Dominici, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Martinus Martini parrochianus.

[Julgado de Guimarães]

/fl. 30 *Item, in Judicatu de Vimaranis* (hec sunt jura que Dominus Rex ibi habet et debet habere)[4].

Item, in collatione Sancti Vincencii de Oleyrus.—Abbas non erat ibi, sed Petrus Martini parrochianus istius ecclesie juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non

[1] **B.** *acrescenta:* ibi—[2] **B.** Mur. *É Mire de Tibães.*—[3] **B.** ipsius—[4] *Vid. p. 1410, col. 1.ª, nota 5.*

est patronus, sed habet ibi regalengum in loco qui dicitur Sanctus Romanus, scilicet, in Lagona, j. leiram. Item, in Mueiro, j. leiram. Item, in Teliada, j. leiram. Item, in Cagalana, j. leiram. Item, in Cambada, j. leiram. Item, in Campo de Fondom, j. leiram. Et de omni fructu istarum leirarum dant Domino Regi annuatim terciam partem. Item, dant Domino Regi annuatim de stiva, sive habeant sive non, scilicet, in casali de Menendo, j. leiram, de quo dant j. alqueire de milio. Item, de Molelo et de Sub Rego et de cima de Mueyri, j. almude de milio. Item in fundo de Loureiro, j. leiram, de qua dant j. sextarium panis. Item, de quintana de Barrio que fuit de Peyres, ij. leiras, de qua dant iij. alqueires de pane. Item, de Casal de Frade, j. leiram, de qua dant j. alqueire de pane. Item, de quintana Pelagii Roderici, scilicet {de Fragili, j. leiram et de Pe(rario, j. leiram) et de eira, j. leiram et in c(ima do cos)tinal de vinea, j. par(edenario). Et de omnibus istis leiris d(ant j. taligam)}[1] de pane, et hoc totum per mensuram Vimaranis, et maiordomus Domini Regis[2] dat eas cui vel quibus vult. Item, dixit quod non dant Domino Regi fossadariam. Item, dixit quod herdatores Sancti Romani censoriaverunt se cum Hospitali, et propter hoc nullum forum faciunt Domino Regi, preter medietatem trium calumpniarum, scilicet, homicidium rapsum et furtum. Alii vero herdatores deffendunt se per cautum cautatum per patronos Domni Petri Escachia[3], et dicunt se audivisse. Item, dixit quod in Vila Chaa duo homines defendunt se per amadigum de Gunsalvo Roderici et Stephano Suerii militibus. Item, dixit quod forarii Domini Regis non sunt ibi nec honor novus nec intrat ibi maiordomus Domini Regis nec pectant vocem et calumpniam.

Dominicus Petri, Dominicus Johannis, Petrus Johannis, Martinus Menendi, Petrus Alfonsi, Johannes Petri, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Petrus Martini.

Item, in collatione Sancti Salvatoris de Belsar.—Petrus Martini, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus nec habet ibi regalengum. Item, dixit quod non dant fossadariam Domino Regi nec est ibi honor de novo et milites et hordines nichil acquisierunt ibi, et ame militum et forarii Domini Regis non sunt ibi. Item, dixit quod de ista collatione pectant vocem et calumpniam et intrat ibi maiordomus Domini Regis.

Stephanus Johannis, Dominicus Menendi, Michael Suariz, Dominicus Petri, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Petrus Martiniz abbas.

Item, in collatione Sancte Marie de Villa Nova.—Stephanus Petri, prelatus ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus nec habet ibi regalengum. Item, dixit quod dant Domino Regi annuatim pro caritel in festo Sancti Johannis, scilicet, de casali de Barrio[1] et de casali de Valoyra et de casali de devesa et de tribus casalibus de Lagea et de duobus casalibus de Outeiro dant iiij. iiij. varas de bragal, et pro festo Sancti Michaelis singulas gallinas. Item, de ista collatione dant annuatim de fossadaria, pro Kalendis Januarii, scilicet, de hereditate de Lagea, j. bragal. Item, de casal Serto, ij. varas de bragal. Item, de hereditate Marie Gunsalvi, xiij. denarios media(?). Item, dixit quod milites et ordines nichil acquisierunt ibi nec est ibi honor novus nec vetus, et ame militum et forarii Domini Regis non sunt ibi, sed intrat ibi maiordomus Domini Regis et pectant vocem et calumpniam, et omnes vadunt currere lupum in quinque septimanis Quadragesime usque ad cenam, scilicet, in die Martis, et maiordomus Domini Regis mittit ganatum in presso in casale de Outeiro, de foro.

Petrus Gomez, Petrus Pelaiz, Gunsalvino, Petrus Sueriz, Pelagius Gomez, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Stephanus Petri abbas *(sic)*.

Item, in collatione Sancti Martini de Portela de Lectones.—Martinus Dominici, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus, sed habet ibi regalengum, scilicet, vj. casalia populata, de quibus casalibus iiij.^or faciunt forum terciam partem de omni fructu et dant de vino medietatem. Alia vero duo casalia que sunt in Portela dant Domino Regi annuatim terciam partem de auctuno et medietatem de lino fabis et milio et painzo et de quanto sacharem. Et de casali de Petro Albo dant annuatim pro Natale j. spatulam de xij. costis et j. alqueire de vino et j. alqueire de castaneis et pro Carniprivio j. cordarium et j. cabritum, et pro Pascha j. caseum x. ova et in Quadragesima iiij. canadas de castaneis sequis et pro Madio j. bragal et pro Sancto Johanne j. taligam de centeno pro fugacia, et pro Sancto Michaele j. bragale et j. caponem x. ova et j. garfam de senebe, et pro eyradiga j. quartarium de pane inter se et maiordomum, et pro Sancto Martino j. quartam de vino, et debet accipere agricola, inter se et maiordomum, ij. taligas de milio pro semente. Item, de Casali de Oliva dat pro Entroydo j. cordarium et j. cabritum et pro Pascha j. caseum. x. ova, et pro Madio j. bragal, et pro Sancto Johanne j. taligam de centeno pro fugacia, et pro Sancto Michaele j. bragal et j. caponem[2] x. ova, et pro eyradiga j. quartarium de pane inter se et maiordomum. Item, de duobus casalibus de Paredes dant singulas spatulas de xij. costis et singulos medios alqueires de castaneis virides[3] et singulos cabritos et singulos caseos cum x. x. ovis, et pro Madio singulos medios bragaes et pro Sancto Johanne singulas taligas de centeno pro fugacias[4], et pro Sancto Michaele singulos medios bragaes et singulos capones cum x. x. ovis, et pro eyradiga singulos sextarios de pane de suo quite.

[1] *Vid. p. 1413, col. 2.ª, nota 1.*—[2] **B.** *Falta.*—[3] **B.** Scachia

[1] **B.** Barrario—[2] **B.** *acrescenta:* et—[3] **B.** viridis—[4] **B.** fugacia

Item, de duobus casalibus de Portela que fuerunt de veteri dabant directuras sicut de casalibus de Paredes et modo sunt depopulata. }Item, dixit quod dant de istis (vi. casa)libus melius sinal quod h(abuit in domo) sua pro loitosa. Item, (de heredi)tate Pelagii Onori(ci unam spa)tulam et j. sertam (de porros) et pro Introydo j. cabritum, (et hoc) totum dant[1] per mensuram (Vima)ranis{[2].

Item, dixit quod sunt in ista collatione alie leire regalengue, scilicet, in Alvarim j. leira, de qua dant terciam partem panis et j. gallinam. Item, de castenarios de sub vineas j. gallinam. Item, in Mondim j. leira et in Retorta j. leira et in Petraria j. leira et in Antas j. leira et in Carvalias j. leira, de quibus dant sextam partem panis et j. spatulam de xij. costis et j. alqueire de vino et j. alqueire de castaneis viridis. Item, Frestas (?) totum regalengum. Item, in Alvarim j. leira de qua dant terciam partem panis et j. gallinam iij. panes de tritico de iij. iij. denariis.

Item, in Requeixo j. leira et in Auffi j. leira, de quibus dant terciam partem panis, et de j. castenario qui stat in riparia de sub vinas j. franganum. Item, de sauto de Lamela j. gallinam x. ova. Item, in Carregal j. leira. Item, in Chao de Carregal j. leira.

Item, in /[fl. 30 v.°] Carvalias ij. leire. Item, in Antas j. leira. Item, in Pereira j. leira. Item, in Mondin j. leira. Item, in Paredes j. vinea de qua dant medietatem. Item, in Agro Cancelo j. leira. Item, in Pousadoiro j. leira. Item, in Bagioca j. leira. Item, in Antas j. leira. }(Item, in) Pala j. leira et in Petraria (j. leira) et in Agro de Mouro j. (campo) de quo dant sextam partem (panis){[2]. Item, in Fervencia j. leira. Item, in casal de Paredes j. leira. Item, in vinea de Somoza j. leira, de qua dant sextam partem vini. Item, in Portela j. leira. Item, in Aufi j. leira. Item, in Cancerada j. leira et in Ougenia j. leira. Item, in Portela de Lectones xv. leire demarcate.

Item, dixit quod audivit quod Johannes Ratom canonicus Bracarensis tenet xv. leiras consilens (?) istis, et quod Petrus Arias, quondam judex, et Domnus Gunsalvus Gunsalvi, qui tunc temporis erat ricomem de Vermuy, dederant ei istas leiras et nullum forum faciunt inde Domino Regi, et maiordomus Domini Regis dat istas supradictas leiras cui magis sibi dederit, et vocant maiordomum Domini Regis ad colligendum panem. Item, dant Domino Regi annuatim de fossadaria pro Kalendis Januarii, scilicet, de hereditate Petri Simiriz, j. bragal. Item, de hereditate Pelagii Gontaldiz, j. bragal. Item, de hereditate de Paneya et de Boleiro, viij. varas de[1] bragal[1]. Item, de hereditate de Petro Pinto, medium bragal.

Item, dixit quod cauta et honores novi non sunt ibi et milites et ordines nichil acquisierunt ibi de novo, et ame militum et forarii Domini Regis non sunt ibi. Item, dixit quod in ista collatione pectant vocem et calumpniam et intrat ibi maiordomus et vadunt in anuduva. Item, dixit quod Petrus Marnotus fuit maiordomus terre. Domnus Julianus, Menendus Pelaiz, Martinus Martini, Johannes Pelaiz, Petrus Dominici, Johannes Petri, Martinus Dominici, Johannes Dominici, Petrus Vermudi, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Martinus Dominici.

Item, in collatione Sancti Pelagii de Laynas.—Petrus Menendi, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus nec habet ibi regalengum nec dant fossadariam, sed est cautum cautatum per terminos. Interrogatus quis cautavit illud, respondit se nescire, sed audivit quod erat Domni Pelagii Goterriz et Domni Petri Escacha[1]. Item, dixit quod forarii Domini Regis non sunt ibi nec vadunt extra laborare hereditates forarias seu regalengas Domini Regis nec }pectant vocem et calumpniam{[2].

Martinus Pelaiz, Johannes Martiniz, Martinus Petri, Johannes Martiniz, Dominicus Martini, Pelagius Menendi, Johannes Pelaiz, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Petrus Menendi abbas.

Item, in collatione Sancti Laurencii de Sandi.—Gunsalvus Petri, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus, sed habet ibi suum regalengum, scilicet, in Lamas j. leiram, de qua dant terciam partem panis. Item, dixit quod dant Domino Regi annuatim de fossadaria pro Kalendis Januarii, scilicet, de Currelos Minores, j. bragal et vj. denarios, et pro Sancto Michaele vj. gallinas. Item, de Travanca Inferiori, iij. galinas. Item, dixit quod isti qui dant fossadariam vadunt ad currendum lupum. Item, dixit quod milites et ordines nichil acquisierunt ibi de novo. Item, dixit quod cauta et honores novi non sunt ibi et ame militum et forarii Domini Regis non sunt ibi. Item, dixit quod in ista collatione pectant vocem et calumpniam et dant mediam loitosam Domino Regi et intrat ibi maiordomus Domini Regis.

Petrus Martini, Johannes Menendi, Petrus Laurencii, Menendus Petri, Petrus Petri, Laurencius Petri, Martinus Petri, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Gunsalvus Petri abbas.

Item, in collatione Sancte Marie de Pousada.—Abbas non erat ibi, sed Johannes Menendi, parrochianos istius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus nec habet ibi regalengum. Item, dixerunt quod dant Domino Regi annuatim pro Sancto Michaeli de foro, scilicet, de casali de Domna Godo j. franganum. Item, de casali de Gunsalvo Gunsalvi de Villa Pedri, j. franganum. Item, de casali Dominici Gunsalvi de Villa Pedri, j. franganum, et vadunt ad currendum lupum. Item, de casali de Gonsalvino, j. franganum. Item, dixit quod milites et ordines nichil acquisierunt ibi de novo. Item, dixit quod cauta et honores novi et forarii

[1] **B.** *Falta.*—[2] *Vid. p. 1413, col. 2.ª, nota 1.*

[1] **B.** Scacha—[2] *Escrito á margem.*

Domini Regis et ame militum non sunt ibi, preter Johannes Menendi qui nutrivit filium Roderici Gunsalvi militis. Item, dixit quod in ista collatione intrat maiordomus Domini Regis et pectant vocem et calumpniam et non dant loitosam Domino Regi.

Gunsalvino, Gunsalvo Petri, Dominicus Gunsalvi, Gunsalvu Gunsalvi, Domnus Simeon, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Johannes Menendi.

Item, in monasterio Sancti Martini de Sandi.—Dominicus Menendi perposto[1], juratus et interrogatus, dixit quod Dominus Rex non est patronus, sed habet ibi regalengum, scilicet, j. leiram in loco qui dicitur Leiras, et nullum forum faciunt inde, quia non excollitur. Item, dant Domino Regi annuatim de fossadaria pro Januario scilicet, de quintana de Tras Rivo, iij. varas de bragal. Item, dixit quod cauta et honores novi et forarii Domini Regis et ame militum non sunt ibi, et milites et ordines nichil acquisierunt ibi de novo. Item[2], dixit quod pectant vocem et calumpniam et intrat ibi maiordomus Domini Regis, et illi qui dant fossadariam dant loitosam Domino Regi.

Martinus Menendi, Martinus Pelaiz, Pelagius Petri, Fernandus Johannis, Petrus Pelaiz, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Dominicus Menendi.

Item, in collatione Sancti Petri de Rubrioos.—Gunsalvus Petri, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus et habet ibi regalengum, scilicet, tria casalia, de quibus dant Domino Regi annuatim de pane et vino et lino et leguminibus, de septem quinionibus duos, et dant pro directuris, pro Natale singulas spatulas de xij. costis et singulos almudes de castaneis, et pro Entroydo singulos cabritos vel pro Pascha, et vocant maiordomum Domini Regis ad colligendum panem.

Item, dixit quod cauta et honores novi et forarii Domini Regis et ame militum non sunt ibi, et milites et ordines nichil acquisierunt ibi de novo. Dixit etiam quod cantor Bracarensis excomunicavit eos modo de novo et fecit eos dare singulas taligas de pane pro vodo, per excomunicationem. Item, dixit quod pectant vocem et calumpniam et dant loitosam Domino Regi et intrat ibi maiordomus.

Johannes Petri, Dominicus Durandi, Petrus Menendi, Johannes Johannis, Johannes Petri, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Gunsalvus Petri.

Item, in collatione Sancti Clementis de Sandi.—Dominicus Martini, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus, sed habet j. leiram regalengam in loco qui dicitur Pedreirada, de qua dant Domino Regi terciam partem tocius fructus. Item, dixit quod dant Domino Regi annuatim de fossadaria pro Januario, scilicet, de hereditate Suerii Osorii, j. bragal. Item, dant in Madio pro caritel, scilicet, de casali de Torrente et de casali Petri Rubei et de casali de Souto[1] et de casali de Ventosela et de casali de Carvalio et de casali Suerii Calvo de Soverario et de casali de Didaco /fl. 31 Pelaiz et de casali (de Domno Luzo et de casali Pelagii Cama et de duobus)[2] casalibus de Marnel et in Tras Rivo de casali Petri Barriga et de casali Pelagii Suariz dant Domino Regi annuatim iij. iij. varas de bragali. Item, dixit quod cauta et honores novi et forarii Domini Regis et ame militum non sunt ibi, et milites et ordines nichil acquisierunt ibi de novo. Item, dixit quod in ista collatione intrat maiordomus Domini Regis et pectant vocem et calumpniam et dant loitosam dominis suis et vadunt currere lupum. Et qui ibi non fuerit, pectabit maiordomo Domini Regis ij. ij. solidos.

Michael Petri, Fernandus Gunsalvi, Menendus Gunsalvi, Petrus Martiniz, Pelagius Petri, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Dominicus Martini abbas.

Item, in collatione Sancti Mametis, quod est in cauto de Belmir.—Dominicus Menendi capellanus, juratus et interrogatus, dixit quod Dominus Rex non est patronus nec habet ibi regalengum nec ullum forum faciunt inde Domino Regi nec vadunt extra laborare hereditates forarias seu regalengas Domini Regis, et forarii Domini Regis non sunt ibi et maiordomus Domini Regis non intrat ibi nec pectant vocem et calumpniam.

Pelagius Martiniz, Dominicus Petri, Petrus Onriz, Dominicus Johannis, Suerius Petri, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Dominicus Menendi.

Item, in collatione Sancte Marie de Sever.—Dominicus Menendi perposto[3], juratus et interrogatus, dixit quod Dominus Rex non est patronus nec habet ibi regalengum, sed dant Domino Regi annuatim de fossadaria pro Januario, scilicet, de hereditate de Sever, vj. denarios. Item, de hereditate de Ripparia, iiij. denarios. Item dant Domino Regi annuatim pro Madio de caritel, scilicet, de duobus casalibus de Sever et de casali de Campo et de duobus casalibus de Ripparia et de uno casali de Lama et de iij. casalibus de Outeiro dant iij. iij. varas de bragal, et de casali de Lama quod est Petri Pelaiz dat[4] j. vara media *(sic)* de bragal. Item, dixit quod cauta et honores novi et forarii Domini Regis et ame militum non sunt ibi et milites et ordines nichil acquisierunt ibi de novo. Item, dixit quod in ista collatione intrat maiordomus Domini Regis et pectant vocem et calumpniam et dant loitosam dominis suis.

[1] sic *por* preposto.—[2] **B.** Quod

[1] **B.** Sauto—[2] *Vid. p. 1410, col. 1.ª, nota 5*—[3] sic *por* preposto.—[4] **B.** dant

Petrus Petri, Petrus Menendi, Fernandus Menendi, Johannes Petri, Fernandus Johannis, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Dominicus Menendi.

Item, in collatione Sancte Christine de Longus.—Johannes Pelaiz, clericus ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus, sed habet ibi regalengum in leiris, scilicet, in loco qui dicitur Sanctus Fiis, vij. leiras, de quibus dant Domino Regi annuatim terciam partem tocius fructus et viiij. solidos pro offrectione, et maiordomus dat eas cuicumque sibi plus dederit, et habet ibi duas cabanas regalengas de quibus dant annuatim singulas spatulas de septem septem costis de porco, vallens j. bragal, et pro Entroydo singulos cabritos, et ambe dant j. bragal. Est ibi alia cabana de novo facta et nullum adhuc faciunt inde forum. Item, dixit quod dant fossadariam Domino Regi annuatim pro Januario, scilicet, de hereditate de Medaos, j. vara media de bragal. Item, de Lourino xviij. denarios, et fuit de antiquo, ut dicunt, j. bragal. Item, dixit quod cauta et honores novi et forarii Domini Regis et ame militum non sunt ibi, et milites et ordines nichil acquisierunt ibi de novo. Item, dixit quod in ista collatione intrat maiordomus Domini Regis et pectant vocem et calumpniam et dant loitosam dominis suis et vadunt currere lupum. Dicunt enim quod audiverunt quod medietas ecclesie Sancti Felicis de Maurizoo erat Domini Regis et pausa de ricohomine.

Laurencius Petri, Andre Martiniz, Dominicus Pelaiz, Petrus Martiniz, Petrus Johannis, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Johannes Pelaiz clericus.

Item, in collatione Sancti Jacobi de Ranuffi—Stephanus Martini, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus nec habet ibi regalengum nec dant Domino Regi fossadariam nec intrat ibi maiordomus nec pectant vocem et calumpniam, sed est cautum cautatum per patronos, et dixit quod nescit quis cautavit illud, sed dixit quod audivit quod erat cautum et honor Domne Goncine Petri. Item, dixit quod forarii Domini Regis non sunt ibi nec vadunt laborare extra hereditates forarias seu regalengas Domini Regis.

Martinus Silvestris, Menendus Dominici, Martinus Petri, Michael Johannis, Martinus Menendi, Johannes Gunsalvi, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Stephanus Martini abbas.

Item, in collatione Sancti Pelagii de Figueyreto.—Dominicus Pelagii, capellanus ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus, sed dant de ista ecclesia ricohomini vel prestamario semel in anno ij. capones et xij. panes de tritico de Vimaranes et j. cabaazam de vino de uno almude. Item, dixit quod sunt ibi xv. casalia et due quintane regalengue. De istis vero casalibus dant annuatim terciam partem de omni auctuno[1] et medietatem de milio et painzo et de feigionibus et lino serotino et de vino. De fabis vero remanet in arbitrio judicis utrum sint de auctuno vel[2] de serotino. Si autem judicaverit quod sint[3] de auctuno, dabunt terciam partem; si vero de serotino, medietatem. Item, dixit quod[4] de istis xv. vero casalibus, sex inde faciunt tale forum, scilicet, de casali Pelagii Mauro et de casali Dominici Pelagi et de casali de Retente Armado et de casali Petri Suarii et de casali de Outeiro et de casali de Gunsalvo Didaci dant Domino Regi annuatim singulas spatulas de xij. costis cum suis pedibus et singulos alqueires de vino et singulos alqueires de castaneis, et prima die Januarii singulos bragaes de directura, et pro Introydo singulos cordarios albos et singulos cabritos, et pro Pascha singulos caseos cum x. x. ovis, et in prima die Madii singulos bragaes, et pro Sancto Johanne singulas taligas de centeno pro fugaciis, et pro Sancto Michaeli singulos bragaes et singulos capones cum x. x. ovis et ij. ij. franganos, excepto de casale[5] Dominici Pelagii, quod dant magis j. franganum pro mazanis et alium |franganum pro castan(eis)|[6] et singulos sextarios de pane pro eyradiga, de suo quite. Si vero habuerit vinum, dabunt singulos quartarios de communi pro eyradiga[7]. Dabunt etiam j. quartam de vino de suis cupis pro directura. Item de casali de Padornelo et de casali Pelagii Cavaleiro dant singulas spatulas et singulos alqueires de vino et singulos alqueires de castaneis, et in prima die Januarii singulos bragaes, et[4] pro Entroydo singulos cordarios et singulos cabritos, et pro Pascha singulos caseos cum x. x. ovis, et in prima die Madii singulos bragaes, et pro Sancto Johanne singulas taligas de centeno pro fugaciis, et pro Sancto Michaele singulos capones cum x. x. ovis et ij. ij. franganos et singulos sextarios de pane pro eyradiga, de suo quite. Si vero habuerint vinum, dabunt singulos quartarios de /[fl 31 v.o] com(uni pro eyradiga, et dabunt singulas quartas de vino)[8] de cupis suis, si habuerint.

Item, de casali de Peras dant j. spatulam sine vino et castaneis, et pro Entroydo j. cordarium et j. cabrito, et pro Pascha j. caseum cum x. ovis, et pro Sancto Michaele j. caponem cum x. ovis. Item, de casali de Martino[9] Suariz dat j. spatulam et j. alqueire de vino et j. alqueire de castaneis, et in prima die Januarii j. bragal et pro Entroydo j. cabrito, et pro Pascha[10] j. caseum cum x. ovis, et in prima die Maii[11] medium bragal, et pro Sancto Johanne j. taligam de centeno pro fugacia, et pro Sancto Michaele j. bragal et ij. capones cum xx. ova[12] et ij. franganos, et pro eyradiga j. sextarium de pane de suo quite et unum sextarium de vino de communi et j. almude de vino de sua cupa, si habuerint.

[1] **B.** autuno—[2] **B.** sive—[3] **B.** sunt—[4] **B** *Falta.*—[5] **B.** casali—[6] *Vid. p. 1413, col. 2.ª, nota 1.*—[7] **B.** eyraduga—[8] *Vid. p. 1410, col. 1.ª, nota 5.*—[9] **B.** Martim—[10] **B.** Pasca—[11] **B.** Madii—[12] **B.** ovis

Item, de casali de Conde j. spatulam et j. alqueire de vino et alium de castaneis et j. cabritum et j. caseum cum x. ovis et[1] ij. bragaes et j. fugacia centena de j. taliga et j. capon x. ova ij. franganos, et pro eiradiga j. sextarium de pane de suo quite et j. puzal de vino pro eyradiga de communi, et dat j. quartam de vino de sua cupa, si habuerit. Item, de casali ermo dant j. spatulam, et pro Madio j. bragal. Item, de casali de Rippa dant j. spatulam, et pro Madio j. bragal et j. taligam de centeno pro fugacia. Item, de casali de Petro Bono, j. spatulam et j. alqueire de vino et alium de castaneis et in Januario j. bragal, et pro Introydo j. cordarium et j. cabritum et j. caseum cum x. ovis, et pro Sancto Johanne j. taligam de centeno pro fugacia, et pro Sancto Michaele medium bragal et j. capom x. ova et j. sextarium de milio pro eyradiga de suo quite et j. puzal de vino de communi pro eiradiga et j. quartam de vino de sua cupa, si habuerit |et hoc totum per mensuram Vimaranis. Et de omnibus istis casalibus dant singulas garfas annuatim de seebe. Item dant de piris et mazanis medietatem si isti arbores tollunt panem vel asoonbrant et dant de omnibus istis casalibus maiordomo Domini Regis pro lino temporaneo ij. ij. denarios|[2].

Item, de casali de Arrizado nichil dant quia non est populatum, quod si esset populatum faceret forum sicut unum de supradictis. Item, dixit quod de istis supradictis xv. casalibus, quicumque habuerit porcam vel porcas, quocienscumque peperint, dabit lectigam de ipsis. Item, de quintana de Ripario dant j. spatulam et j. bragal de fossadaria et addidit quod audivit a pluribus quod de progenie Pelagii Monteiro debent vel debet esse maiordomus terre. Item, de quintana Didaci Arie dant j. spatulam et[1] j. bragal et[1] j. campo, et filii et nepotes ejus debent esse maiordomi terre per forum. Item, de hereditate de Gomecom Mercham quod habet in campo dat[3] j. spatulam et j. sertam de porros. Item, de hereditate de Ripa, j. frangao[4] quod est Fernandi Gomecii. Item, de hereditate Petri Abade, j. bragal. Item, de hereditate Domne Aragunti, j. bragal et iij. puzales de vino. Item, de hereditate Martini Gunsalvi, vj. quartas de vino. Item, de hereditate Pelagii Didaci, vj. quartas de vino cum ecclesia. Item, de hereditate de Pintos, medium bragal et j. canada de castaneis sicis *(sic)*. Item, de casali Pelagii Mouro[5], ij. canadas de castaneis siccis. Item, de casali Dominici Pelaiz, j. canada, et de castenariis[6] qui dicitur de Peras, j. canada. Item, de casali de Rezente Armado, viij. canadas. Item, de casali Petri Suariz, iiij. canadas. Item de casali de Conde, ij. canadas. Item, de casali de Outeiro, ij. canadas. Item, de casali Petri Menendi de Somoza, ij. canadas. Item, de casali de Petrilino, ij. canadas. Item, de sauto qui stat ad portam Petri Alfonsi, ij. canadas. Item, de casali Martini Suariz, ij. canadas. Item, de casali de Padornelo, ij. canadas. Item, de casali Pelagii cavaleiro, ij. canadas. Item, de Cepas, j. canada. Et due canade de istis faciunt j. alqueire de Vimaranis. Item, dixit quod dant Domino Regi annuatim de aliis leiris, scilicet, in pomar mayor j. leira, de qua dant medietatem milii et terciam partem de centeno et iiij. denarios. Item, sub chousa j. leira de vinea, de qua dant medietatem[1] de vino et iiij. denarios. Item, de campo de Lodeiro dant medietatem milii et terciam partem de centeno et j. solidum et de castenariis qui ibi stant, j. franganum. Item, de castenariis de Linares, j. frangano. Item, in Lagea, j. vinea. Item, de castenario de carreiro, j. franganum. Item, de castenariis de casali Pelagii Estremiriz[2], j. campo. Item, de campo de Cernadelo dant medietatem de milio et terciam de auctuno, et in hoc campo stabat j. castenarium, de quo dabant annuatim j. franganum; et Martinus Laurencii de Cunia cindit ipsum castenarium Domini Regis et fecit de illo unam tuliam pro ad se. Item, in Padrom, j. leira, de qua dant medietatem de milio et terciam de centeno et ij. denarios. Item, in Padrom, alia leira, de qua dant medietatem de milio et terciam de centeno et[3] viij. denarios.

Item, in loco qui dicitur Lagar Petri Alfonsi stabant ibi iij. castenarios[4], de quibus dabant j. franganum |et modo dant de campo terciam de centeno et medietatem de milio|[5], et scindit illos maiordomus Domini Stephani Suerii de Bilmir pro ad suam casam faciendam. Item, dixit quod ipse Stephanus Suerii scindit alios ceterum castenarios Domini Regis pro ad ipsam casam. Item, circa Hospitale in casali Petri Alfonsi, j. campum de quo dant medietatem de[3] milio et terciam de auctuno[6]. Item, in Agrelo, Petrus Vimenarius[7] de Vimaranes scindit j. castenarium regalengum et duxit eum pro ad suam casam, et est ibi alium castenarium Domini Regis de quo dant j. franganum annuatim. Item, in Cardido, j. castenarium de quo dant j. franganum. Item, de campo de casali de Eyrigo dant medietatem de milio et terciam de auctuno et ij. solidos. Item, in Malvessada, j. campum de quo dant terciam de omni fructu et j. franganum. Item, de campo de Seixido dant sextam partem panis. Item, de campo de Nogueira et super chousa, j. leira, et[8] in Vincosa, j. campo, et de omnibus istis dant sextam partem panis. Item, sub devesa de ecclesia, j. leira de qua dant medietatem de milio et terciam de auctuno. Item, in Seixido, j. leira de qua dant terciam partem de omni fructu. Item, in Caoso, j. leira de qua dant terciam de omni fructu. Item, in Talioo, j. campum de quo dant sextam partem panis. Item, sub verea de Talioo, j.[3] campum de quo dant sextam[9] panis. Item, in Figueiroos j. vinea de qua dant sextam partem vini. Item, in monte de Reconquelo et in Castineario Ruvial et in Fugio sunt ibi bauzas de quibus dant sextam partem panis. Item, in Quintas, iiij. leire de quibus dant

[1] **B.** *Falta.* — [2] *Escrito à margem.* — [3] **B.** *Entrelinhado.* — [4] **B.** franganum — [5] **B.** Mauro — [6] **B.** castanarios

[1] **B.** memedietatem — [2] **B.** Estremuriz — [3] **B.** *Falta.* — [4] **B.** castenarii — [5] *Acrescento marginal.* — [6] **B.** actuno — [7] **B.** Vimeranius — [8] **B.** Item — [9] **B.** sextam partem

sextam partem panis. Item, in Cardido, iij. leire de quibus dant sextam partem panis. Item, in fundo de Agrelo, ij. leire de quibus dant sextam panis. Item, in casali de Gio, j. campum de quo dant terciam panis, et comparavit eam[1] Petrus Vimenarius et non dat inde nichil Domino Regi. Item, in casali de Gunsalvo Didaci, iij. leire de vinea de quibus dant medietatem de vino et ij. franganos. Item, in porto de Cardido, j. leira de qua dant terciam partem panis et vocant maiordomum Domini Regis ad colligendum panem et ducunt panem et vinum ad quintanam de Brito.

Item, dixit quod pectant vocem et calumpniam et dant geiram si fuerint requisiti, et dant loitosam Domino Regi. Item, dixit quod cauta et honores novi non sunt ibi et milites et ordines et ame militum non sunt ibi. Item, dixit quod de ista collatione dant annuatim in renda lxxx. modios, inter panem et vinum et lxxx. affusaes de |lino (tas)cato et xij. morabitinos pro meite(ga) et pro intrata.|[2]

Pelagius Petri, Dominicus Pelaiz, Petrus Martiniz, Michael Dominici, Martinus Martini, Petrus Bonus, Martinus Sueriz, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Dominicus Pelaiz capellanus.

Item, in collatione Sancti Stephani de Silva Escura[3].—Stephanus Johannis, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus nec habet ibi regalengum nec fossadariam nec pectant vocem et calumpniam nec intrat ibi maiordomus Domini Regis nec ullum forum inde faciunt Domino Regi, quia est honor de Domno Menendo Cativo et de[4] Domno Petro Corona. Item, dixit quod non sunt ibi forarii Domini Regis nec vadunt extra laborare hereditates forarias seu regalengas Domini Regis.

Pelagius Johannis, Petrus Johannis, Petrus Menendi, Domnus Dominicus, Martinus Johannis, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Stephanus Johannis abbas.

/[fl. 32] *Item, in collatione Sancti Johannis de (Brito.*— Suerius Menendi, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus)[5] Rex non est patronus, sed habet ibi regalengum[6], scilicet, in Carvalio iiij.^{or} casalia et in Laurario vij. casalia et unum non est populatum, et in Pardelias j. casale et in Patos ij. casalia et in Concieyro j. casale et in Brito j. casale et casale de Palacio; et ista casalia sunt populata.

Item, casale de Outeiro et casale de Ripparia et casale de Marra non sunt populata propter malfectoriam prestamariis. De istis vero casalibus de Carvalio et de Laurario dant Domino Regi annuatim terciam partem de toto pane et leguminibus et de vino, et de lino temporaneo dant medietatem et debet seminare linum temporaneum, sive vellit sive non, scilicet, j. almude de linaza[1], quam si non seminaverit pignorabitur a maiordomo pro quanto seminaverit j. almude de linaza et dederit in fructum, et dant Domino Regi annuatim pro directuris, scilicet, pro Natale singulas spatulas cum pede de xij. costis et singulos alqueires de vino et singulos de castaneis viridis, et pro Januario singulos bragales et pro Entroydo singulos cordarios et singulos cabritos et pro Pascha[2] singulos caseos cum x. x. ovis, et pro Sancto Johanne singulas taligas de tritico de agro pro fugacia et singulos franganos, de lino, et pro Sancto Michaele dant singulos capones cum x. x. ovis et singulos franganos pro lino serotino et singulos bragales, et pro merendale de maiordomo singulos medios bragales |et quicumque habuerit porcam(vel) porcas, dabit lectigam quocienscumque peperint|[3]. Et de casali heremo dant pro directuris quantum magis inde maiordomus Domini Regis poterit extorquire. Item, dixit quod audivit quod casale Menendi Laurario et de Dominico Laurario consueverunt esse tria casalia de veteri, et modo non sunt nisi duo casalia et faciunt forum de duobus casalibus, sicut supradicta casalia faciunt, et fuerunt inde maiordomi terre. Et de omnibus istis casalibus dant pro eyradiga, inter se et maiordomum, singulos quartarios de pane et singulos puzales de vino et singulas quartas de vino de cupis suis, si habuerint, et hoc totum per mensuram Vimaranis. Item, de casali de Pardelias dant de tritico et centeno terciam partem. De vino et de omnibus aliis, medietatem, excepto de lino serotino de quo dat[4] terciam partem, et dat[4] pro Natale j. spatulam de xij. costis cum pede et alqueire de vino et alqueire de castaneis et j. taligam tritici, et pro Entroydo cabrito et pro Pascha caseum x. ovis, et pro Sancto Johanne j. bragal et j. taligam tritici de agro et medium morabitinum, pro porco et pro pidida de maiordomo, ij. solidos medium; et dat[4] pro Sancto Michaele j. caponem cum x. ovis et j. franganum. Item, de duobus casalibus de Patos et de casali de Concieiro et de casali de Brito et de casali de Outeiro et de casali de Riparia et de casali de Marra faciunt forum de pane et de directuris in omnibus et per omnia sicut casale de Pardelas *(sic)*, excepto quod dant singulos cordarios ubi casale de Pardelias dat cabritum. Item, de casale de Palatio dat terciam de pane et medietatem de vino, et pro eyradiga j. puzal de vino inter se et maiordomum, et pro Natale j. spatulam et j. almude de tritico, et pro Sancto Michaele ij. capoes cum xx. ovis et j. franganum, et hoc totum per mensuram Vimaranis. Et istud casale non facit majus forum |et homines de istis su(pradictis ca)salibus dant geiras(Domino Regi) si requisiti fuerint|[3].

Item, dixit quod sunt ibi alie leire regalengue, scilicet in Chousela ij. leire et in Quintas ij. leire, et milites de Fornelos tenent ipsas leiras per vim et non dant inde

[1] **B.** eum — [2] *Vid. p. 1413, col. 2.ª, nota 1.* — [3] **B.** Scura — [4] **B.** *Falta.* — [5] *Vid. p. 1410, col. 1.ª, nota 5.* — [6] **B.** relengum

[1] **B.** linaça — [2] **B.** Pasca — [3] *Vid. p. 1413, col. 2.ª, nota 1.* — [4] **B.** dant

Domino Regi nisi ij. capones. Item, in casale de Monte j. vinea et iij. leire et medium de souto[1] et unam casam per cathenam. Item, in Bouzoo, j. campum. Item, in Concieiro, j. vinea et alia in Gonderim et in Seara j. campum et in Vilar ij. leire et in Varzeela j. leira et in Petra Lamego j. leira et in Carvalio j. leira et in Carpacido j. leira et in Carregal j. souto et in Goeva j. sauto cum toto[2] suo termino, et in Subriba[3] j. leira et in Riazoo j. leira et in Arenis j. leira, et in Varzea j. leira, et in Arenis ij. pezas cum suo sauto et in Caneiro ij. pezas et in Pradanido vj. pezas cum una vinea, et in Vao Longo ij. leire et in Gondim ij. leire et in Corredoira iij. leire et in Juncario iij. leire et in Saina j. leira et in Bouzas ij. campos, et in Joanni j. leira et in Uveiras[4] j. leira et in Portozelo j. souto. Item, vinea de Seara et in Avelanido j. leira et in Salgario j. leira et in Arca j. leira et in Roonriz j. leira. ¦Item, in monte Sancti Michaelis (in Cerda)ria j. campum. Item, in (Macena)ria ij. leire, de quibus dant j. (capom) et j. gallinam. Item, in quintana de (Outeiro) medietas unius domus (cum campo) in circuitu ejus, et in souto (de Coval Medium) de Sauto, de quo dant j. c(apom x. ova)¦[5].

Et in casali de Chousa iij. leire et sub casali de Brito j. leira et in Arca j. leira et in Figueira j. leira et in Regada j. peza magna sicut est demarcata cum medietate de una casa et cum suis vineis, et dant inde j. spatulam et j. almude tritici. Item, a devesas *(sic)* de Gonderim cum suo termino, de quibus dant j. spatulam et j. almude de tritico et iij. capoes.

Item, a devesa dArganedas cum suis terminis. Item, in casal de Ordonio j. campum et in Rooriz j. campum, de quibus dant medium bragal et[6] in fundo de cortina de Cabanelas j. leira, de qua dant j. taligam de milio. Item, in cortinal de Carvalio j. campum, de quo dant j. taligam tritici et[7] j. capom x. ova. Item, de uno molendino de Carvalio dant annuatim ij. varas de bragal. Item, in Arenas, ij. molendinos regalengos, et quando molent dant singulos bragaes, sin autem non. Item, de molendino de Porto, ij. varas de bragal.

Et de omnibus istis leiris dant terciam partem tocius fructus et de vino medietatem, et vocant maiordomum Domini Regis ad colligendum panem tam de casalibus quam de istis[8] leiris, et ducunt panem ad Ripam de Ave vel ad Belmir, et maiordomus Domini Regis non audet propter milites, ordines et ista ecclesia et mercatores Vimaranis dare pro maiori precio; quod si auderet, majus forum inde haberet.

Item, dixit quod dant Domino Regi annuatim de fossadaria pro Januario, scilicet de hereditate de Zorros, j. spatulam de xij. costis cum pede et j. almude tritici et j. bragal. Item, de hereditate de Peayno[9] et de hereditate Johanni *(sic)* Gunsalvi dant singulas spatulas et singulos almudes tritici et singulos bragales. Item, de hereditate Didaci Gunsalvi, medium bragal. Item, de hereditate Menendi Suarii cum germanitate sua, medium bragal. Item, de hereditate de Raynas[1], medium bragal. Item, dixit quod in ista collatione intrat maiordomus Domini Regis et pectant vocem et calumpniam et vadunt in anuduvam et dant loitosam Domino Regi, scilicet, melius signum quod habuerint, excepta bestia, vel advenit se cum maiordomo Domini Regis. Item, dixit quod cauta et honores novi non sunt ibi, et milites et ordines et ame militum et forarii Domini Regis non sunt ibi, et de casali de Almerodes debent esse maiordomi. Item, dixit quod de casali de Brito debet esse maiordomus et istud casale fuit de conca media. Item, dixit quod audivit quod Dominus Rex habet partem, nescit quot, in sauto de Laurario Stephani Menendi. Item, dixit quod maiordomus de Laurario dant *(sic)* Domino terre annuatim unum utrem de caput et carnem ejus pro azores et unum panalem pro ad equum suum et adubare unam cupam de sex modios de arcos et meitegam, quando recapitulaverit, et hoc audivit ab ipso eodem maiordomo. Et addidit quod si magis invenerint in registro veteri et novo, totum ipsi concedunt.

Gunsalvus Martini, Petrus Palia, Gunsalvus Petri, Martinus Pelaiz, Domnus Nicolaus, Johannes Pelaiz, Salvator de Outeiro, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Suerius Menendi abbas.

Item, in collatione Sancte Leocadie de Palmeira.—Johannes Pelaiz, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus nec habet ibi regalengum, sed dant Domino Regi annuatim de fossadaria, scilicet, de hereditate de Rua ij. denarios. Item, de hereditate que fuit Pelagii de Outeiro, ij. denarios. Item, dixit quod audivit quod de hereditate de Ruela dabant de veteri fossadariam et nescit quanta. Item, dixit quod est honor vetus Domni Menendi Cativo et non intrat ibi maiordomus Domini Regis, nec pectant vocem et calumpniam nec forarii Domini Regis non sunt ibi, nec vadunt extra laborare hereditates forarias seu regalengas Domini Regis.

Petrus Petri, Menendus Menendi, Petrus Petri, Martinus Gunsalvi, Suerius Petri, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Johannes Pelaiz abbas.

Item, in collatione Sancti Thomei de Caldelas.—Johannes Johannis, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus, sed habet ibi suum regalengum, scilicet, medietatem quatuor casalium, de quibus casalibus dant terciam partem tocius panis, leguminibus et lino, et medietatem vini, et Dominus Rex non levat de isto terradigo nisi medietatem tantum de pane et de lino, non etiam de vino nec de directuris omnibus, quia milites qui habent medietatem istorum casalium non /[fl. 32 v.º] (dant ei amplius et nesciunt

[1] **B.** soutum — [2] **B.** todo — [3] **B.** Subrriba — [4] **B.** Viveiras — [5] *Vid. p. 1413, col. 2.ª, nota 1.* — [6] **B.** Item — [7] *Falta.* — [8] **B.** aliis — [9] **B.** Peyano

[1] **B.** Rainas

quare)[1] et ista quatuor casalia dant singulas spatulas et singulos almudes de centeno et singulos alqueires de vino, et pro Entroydo singulos cabritos et pro Pascha singulos caseos et in finem Maii[2] singulas pernas de carnario et pedida maiordomi, et pro Sancto Johanne singulas taligas tritici pro fugacia, et pro Sancto Michaele singulos bragales et duo duo capones et xx. xx. ova et pro eyradiga singulos sextarios de pane et singulos sextarios de vino, illi qui habuerint vinum, et iij. iij. varas de bragal et singulos franganos et singulas geiras in quolibet ebdomada si requisiti fuerint et dant loitosam. Et de omnibus istis supradictis directuris nichil dant Domino Regi nec dederunt, quia dant milites, scilicet Gonsalvus Coronel et filii Martini Martini et monasterium de Boyro et Johannes Gualter, quod capita istorum casalium sedent in suis hereditatibus. Item, dixit quod in ista collatione habet Dominus Rex regalengum in leiris, scilicet, in Carregal j. leiram cum sauto, de qua dant in censorie j. taligam de milio. Item, in agro de Gontino, j. campum. Item, cabo de Ameal, j. leiram. Item, in casali de Tapia, j. leiram. Item, in Arvor, j. leiram.

Item, in porto de Ave, ij. leiras. Item, in grangias de Caldelas, j. vinea de qua dant terciam partem vini et j. morabitinum et j. campo cum x. ovis. Item, in casali Petri Pelagii, j. leiram. Item, in Portela j. leiram, de qua dant medium alqueire panis de stiva. Item, in Pardelias, j. leiram. Item, in Sancta Ovaya, mediam vessada et medietas de tota laboyra sicut est demarcata. Et devesa tota est Domini Regis, de quibus dant j. cabritum. Item, in Pena Maladoira, j. leiram, et de omnibus istis leiris dant Domino Regi annuatim terciam partem tocius fructus et vocant maiordomum Domini Regis ad colligendum panem et ducunt panem ad Rial. Item, dixit quod dant annuatim de fossadaria, scilicet, in Marcio, de quintana Johannes Johannis cum germanitate sua, medium bragal. Item, de hereditate Gunsalvi Suarii, medium bragal. Item, de hereditate de Bouzoos et de Carrapitos, j. bragal. Item, dixit quod pectant vocem et calumpniam et intrat ibi maiordomus Domini Regis, et herdatores istius parrochie dant Domino Regi mediam loitosam. Item, dixit quod cauta et honores novi non sunt ibi et milites et ordines nichil acquisierunt ibi, et ame militum et forarii Domini Regis non sunt ibi.

Domnus Michael, Petrus Pelaiz, Petrus Filo, Johannes Johannis, Petrus Petri, Martinus Johannis, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Johannes Johannis abbas.

Item, in collatione Sancti Croyo.—Martinus Laurencii, capellanus istius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus nec habet ibi regalengum, sed dant Domino Regi annuatim de fossadaria pro Marcio, scilicet, de hereditate de Vilar, iij. varas mediam de bragal. Item, de hereditate de Fromarigos, iij. varas mediam de bragal. Item, de hereditate Marie Salvatoris cum sua germanitate, j. varam de bragal. Item, de hereditate Domni Michaelis cum germanitate sua, ij. varas de bragal minus quarta. Item, dixit quod in ista collatione intrat maiordomus Domini Regis et pectant vocem et calumpniam et dant loitosam. Item, dixit quod cauta et honores novi et ame militum et forarii Domini Regis non sunt ibi, et milites et ordines nichil acquisierunt ibi nec de novo nec de veteri.

Laurencius Petri, Petrus Menendi, Martinus Petri, Dominicus Martini, Petrus Martini, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Martinus Laurencii.

Item, in collatione Sancti Salvatoris de Donim.—Stephanus Johannis clericus, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus nec habet ibi regalengum nec fossadariam, sed intrat ibi maiordomus Domini Regis et pectant vocem et calumpniam. Item, dixit quod cauta et honores novi et ame militum et forarii Domini Regis non sunt ibi et milites et ordines nichil acquisierunt ibi de novo nec de veteri.

Laurencius Petri, Johannes Johannis, Petrus Gunsalvi, Laurencius Menendi, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Stephanus Johannis clericus.

Item, in collatione Sancti Salvatoris de Briteiros.—Domnus Giraldus, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus, sed habet ibi unum casale regalengum qui vocatur Requeixo, de quo dant annuatim de auctuno terciam et de milio et vino medietatem, et dat pro Natale j. spatulam de xij. costis cum pede et j. taligam de centeno et j. almude de vino et alium de castaneis viridis, et pro Entroydo[1] cabrito, et pro Quadragesima medietatem iij. solidos pro uno saval, et pro Pasca[2] iij. solidos de[3] caseis, et pro Pentecostem[4] vj. solidos pro carnario, et pro pidida de maiordomo iij. solidos, et pro Sancto Johanne j. taligam tritici pro fugacia et j. franganum, et si tenuerit maiordomum, dabit medietatem de lino, sin autem, xij. affusaes espadado, et pro Sancto Michaele ij. bragaes et ij. capones cum xx. ovis et j. franganum de lino, et pro eyradiga j. sextarium de pane et alium de vino inter se et maiordomum, et vocat[5] maiordomum ad colligendum panem[6] et ducunt eum ad celarium Domini Regis et dat[7] loitosam. Item, dant de fossadaria Domino Regi annuatim, scilicet, de hereditate Menendi Cadeira cum germanitate sua iij. varas de bragal. Item, dixit quod non intrat ibi maiordomus[8] nec pectant vocem et calumpniam quia est honor vetus Domni Menendi Cativo. Item, dixit quod forarii Domini Regis non sunt ibi.

[1] *Vid. p. 1410, col. 1.ª, nota 5.*—[2] **B.** Madii

[1] **B.** *acrescenta:* j.—[2] **B.** Pascha—[3] **B.** pro—[4] **B.** Penticoste—[5] **B.** vocant—[6] **B.** *Falta.*—[7] **B.** dant—[8] **B.** *acrescenta:* Domini Regis

Martinus Menendi, Domnus Vincencius, Petrus Petri, Petrus Egee, Johannes Menendi, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Domnus Giraldus abbas.

[**Julgado de Lanhoso**]

/fl. 33 (*Item, in Judicatu de Laynoso,* hec sunt jura que Dominus Rex ibi habet et debet habere[1]).

Primo, Johannes Petri judex, juratus ad Sancta Dei Evangelia nobiscum inquisivit et omnia qui sciebat fideliter demonstravit.

Item, in collatione Sancti Martini de Lauredo.—Michael Petri, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus sed est de monasterio Sancti Torcati[2]. Item, dant Domino Regi annuatim de fossadaria pro festo Sancti Michaelis, scilicet, de casali de Portela j. bragal et pro Natale Domini j. spatulam de viiij. costis sine pede. Item, de casali de Costa de Rofoyus[3] ij. bragales. Item, dixit quod audivit quod Dominus Rex levabat annuatim scilicet, de casali de Vilar quodmodo est de Fontarcada, pro directura v. almudes de pane. Item, de casali de Nogueira quodmodo est Sancti Salvatoris de Louredo, vj. taligas de pane. Item, de casali de Rofoyus[3], j. taligam de pane. Item, de casali de Costa, v. almudes de pane. Item, de casali de Espadanal[4], v. almudes et hoc totum[5] per estivam communem, modo vero filii et nepotes Menendi Gomecii de Louredo miles levant istas supradictas directuras[6]. Interrogatus quam de causa levabant eas, respondit quod audivit quod Dominus Rex Sancius primus dederat ipsas[7] directuras ipsi Menendo Gomecii et dixit quod nunquam inde vidit cartam. Item, dixit quod cauta et honores novi non sunt ibi, et milites et ordines nichil acquisierunt ibi de novo et ame militum et forarii Domini Regis non sunt ibi. Item, dixit quod pectant vocem et calumpniam et intrat ibi maiordomus. {Item, dixit quod de Vento(sela pectant) vocem et calumpniam et vadunt (a entorviscada) et de duobus casali(bus de Vi)lar que sunt de Re(foyos), similiter, et in casali (de Quintanis) includunt gana(tum. Item, dixit) quod audivit quod Stephanus (Suerii fecit) quintanam de novo (in Requiam) et intrabat ibi (maiordomus) Domini Regis et pecta(bant vocem et calumpniam) et modo non audet (ibi entrare)}[8].

Menendus Durandi et Egeas Luz et Petrus Johannis et Menendus Petri et Dominicus Roderici, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Michael Petri.

Item, in collatione Sancti Salvatoris de Louredo.—Johannes Petri, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus, sed dant Domino Regi annuatim de fossadaria pro Sancto Michaele, scilicet, de casali de Luzo Goterrit[1] cum sua germanitate in Couso, ij. bragales. Item, de casali de Menendo Moniz, ij. bragales minus quinta. Item, de hereditate Menendi Goterriz, viij. denarios. Item, dixit quod audivit quod est in ista collatione regalengum Domini Regis in leiris et in[2] quebradis quas habent filii et nepotes Menendi Gomecii de Louredo miles, et comparavit ibi hereditates forarias, de quibus faciebant forum Domino Regi, et modo isti contenporanei nesciunt dividere regalengum ab istis hereditatibus forariis neque[3] hereditates a regalengo, et dicunt de auditu tamen quod ipse predictus Menendus Gomecii habuit a Domino Rege Sancio primo. Item, dixit quod cauta et honores novi et ame militum et forarii Domini Regis non sunt ibi et milites et ordines nichil acquisierunt ibi de novo. Item, dixit quod intrat ibi maiordomus Domini Regis et pectant vocem et calumpniam et dant loitosam.

Stephanus Petri, Petrus Menendi, Gunsalvus Menendi, Johannes Petri, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Johannes Petri abbas.

Item, in collatione Sancti Martini de Gallecos.—Martinus Johannis, parrochianus ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus nec habet ibi regalengum, sed dant Domino Regi annuatim sive habeat sive non, scilicet, de casali de Guylufo j. sextarium de pane pro Sancto Michaele per mensuram Bracare. Item, dant de casali de Lagea de Pelagio Sueriz ij. varas de bragal. Item, dant de hereditate de Gunsalvo Sentaz pro die Sancti Stephani j. spatulam de novem costis sine pede cum castaneis viridis. Item, dixit quod est ibi honor Domni Fafie Godini de veteri. Item, dixit quod cautum et honor novus et ame militum et forarii Domini Regis non sunt ibi, et milites et ordines nichil acquisierunt ibi de novo. Item, dixit quod in ista collatione intrat maiordomus Domini Regis et pectant vocem et calumpniam, et herdatores dant loitosam Domino Regi. Item, vadunt in anuduva et a entorviscada et vadunt ad omnem mandatum Domini Regis.

Martinus Menendi, Petrus Petri, Johannes Petri, Petrus Gunsalvi, Dominicus Laurencii, jurati et interrogati, dixerunt sicut primus.

Item, in collatione Sancti Michaelis de Taydi.—Mouranus Johannis, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus sed habet ibi suum regalengum bene divisum et demarcatum in loco qui dicitur Paacioo, et dividit per Sanctum Felicem et[2] deinde per locum qui dicitur Terminum et deinde per Petram Toadoyram et deinde a focem *(sic)* de Raaldi et inde per carvalium de portela de Travazos et deinde ad portelam de Pintam et deinde ad Revessam;

1 *Vid. p. 1410, col. 1.ª, nota 5.*—2 **B.** Torquati—3 **B.** Refoyos—4 **B.** Spadinal—5 **B.** *Falta*—6 *acrescenta:* et—7 **B.** istas—8 *Vid. p. 1413, col. 2.ª, nota 1.*

1 **B.** Goteriz—2 **B.** *Falta.*—3 **B.** nec

et de omni isto regalengo est medietas Domini Regis et alia medietas de militibus naturales de Ulveira, et dant terciam partem annuatim de omni fructu et vocant maiordomum[1] ad colligendum panem et ducunt panem ad cellarium Domini Regis vel de ricohomine. Et istud regalengum non est populatum et in medietate Domini Regis essent tria casalia bona si darent ea ad populandum. Item, dant annuatim de fossadaria pro Sancto Michaele, scilicet, de Porto ij. bragales minus quinta unius bracalis. Item, de casali de Berredo, terciam de bragal. Item, de casali de Bovueiro, ij. varas de bragal. Item, de casali de Barrio, j. denarium. Item, dixit quod cautum et honor novus et ame militum et forarii Domini Regis non sunt ibi et milites et ordines nichil acquisierunt ibi de novo. Item, dixit quod intrat ibi maiordomus Domini Regis et pectant vocem et calumpniam et vadunt in anuduvam et intorviscatam et dant loitosam dominis suis et in Gamoedo et in casam Petri Didaci est pressum de ganato.

¦Item, in villa de Quint(eela) sunt xij. morator(es et in)censoria venerunt se c(um Hospita)li et posuerunt[2] in ipsa(villa) signum crucis, ut (defende)rent se ab omni jure (regali) et dicunt quod patres sui (et avi) non dederunt istam cen(soriam) Hospitali, nisi ut de(fende)rent se per illam, ut(credit). Tome Petri, Alfonsus (Menendi), Martinus Pelaiz, Lauren(cius Pelaiz), Dominicus Petri, Johannes Mo(niz)¦[3].

Dominicus Johannis, Petrus Didaci, Martinus Nuniz, Johannes Gunsalvi, Domnus Egeas, Pedreirus, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Mouranus Johannis.

Item, in collatione Sancti Miliani.—Domnus Dominicus, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus, sed est de monasterio Sancti Torcati. Item, dixit quod Dominus Rex habebat ibi regalengum in leiris et in quebradis, quas habent filii et nepotes Menendi Gomecii miles, et ipse acquisivit eum a Domino Rege Sancio primo, sicut audivit. Item, dant Domino Regi annuatim pro Sancto Michaele de fossadaria, scilicet, de quintana de Nuno Pelaiz j. lenzo. Item, de quintana de Bono Homine cum germanitate sua j. bragal. Item, de hereditate de Fonte Tarcata, j. vara et dimidia de bragal. Item, dixit quod cautum et honor novus /fl. 33 v.º (et ame militum et forarii Domini Regis non sunt ibi et milites et ordines nichil acquisierunt)[4] ibi de novo. Item, dixit quod pectant vocem et calumpniam et vadunt in anuduva et dant loitosam dominis suis et intrat ibi maiordomus.

Menendus Petri, Fernandus Gomecii, Martinus Petri, Menendus Menendi, Pelagius Menendi, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut primus.

Item, in collatione Sancti Jacobi de Laynoso.—Pelagius Petri, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus sed in ista ecclesia pausat riqushomo terre. Item, dixit quod in ista collatione habet Dominus Rex suum regalengum, scilicet, unum casale in loco qui dicitur Sanctus Petri, de quo dant Domino Regi annuatim de toto fructu terciam partem, et pro Natale Domini j. spatulam de novem costis sine pede cum castaneis, et pro Entroydo j. cabritum[1] et quocienscumque peperit porcam dabit lectigam, et pro Sancto Michaele j. quartarium de pane pro eyradiga inter se et maiordomum Domini Regis per mensuram regalengam. Et si non habuerit linum, dabit iij. varas et dimidiam de bragal. Item, dixit quod habet Dominus Rex quoddam regalengum in Arcozelo bene divisum et demarcatum de quõ dant Domino Regi annuatim terciam partem de quanto laborant, et omnes qui ibi laboraverint dant de tribus modiis et supra unum quartarium panis pro eiradiga per mensuram regalengam et de tribus modiis. Et infra secundam quantitatem et qualitatem dabunt eiradigam, et omnes quicumque ibi laboraverint dant annuatim singulos franganos cum x. x. ovis Domino Regi pro Sancto Michaeli. Et quicumque de istis parrochianis posuerit signum in ipso regalengo in die Sancti Martini, debet illud laborare in ipso anno, quod si non laboraverit, dabit inde forum Domino Regi, modo vero milites et alii supervenientes eiciunt inde ipsos per vim. Item, dixit quod sunt in hoc regalengo iiij.or casalia Domini Regis populata, de quibus dant annuatim de omni fructu terciam partem, et dant eiradigam et singulas spatulas de viiij. viiij. costis sine pede, et pro Entroydo singulos cabritos cum v. v. ovis, et pro Pascha singulos caseos cum v. v. ovis, et pro Sancto Michaele singulos franganos cum x. x. ovis et quocienscumque peperint porcas eorum, dabunt singulas lectigas[2]. Item, dixit quod est ibi aliud regalengum in leiris et in quebradis, scilicet, de agro de Requesenda dant terciam partem Domino Regi tocius fructus. Item, de cortinas que dividunt cum casali de Fernando Fortes dant terciam partem tocius fructus. Item, de quodam terreno de mortorum, juxta rivum de Aldimir[3], dant terciam partem tocius fructus. Idem, de quodam alio terreno de mortorum quod jacet juxta portam de quintana dant annuatim, sive habeant sive non, vij. taligas de pane per regalengam. Item, in Retorta, j. pezam quam tenent furtatam filii Domni Luppi. Item, de pomar de Mayno dant terciam. Item, in casali de Martino, j. leiram, de qua dant terciam. Item, de Pontido et de Valle de Lamis, sicut dividit per Fontem Fisgam et ad marcum de area vetera et deinde a Troitim et deinde ad Peñam Rotondam. Item, de Pomarelio et de souto de Longara sicut dividit per rivum et inde ad pomar de Mayno, deinde per fundum vallis, deinde ad marcum de Figueira Longa et salit ad Grovias. Item, de varzea et de fundum

[1] **B.** *acrescenta:* Domini Regis — [2] **B.** possuerunt — [3] *Vid. p. 1413, col. 2.ª, nota 1.* — [4] *Vid. p. 1410, col. 1.ª, nota 5.*

[1] **B.** cabrito — [2] **B.** leitigas — [3] **B.** Aldemir

de marco ad sursum sicut dividit cum monasterio de Fontarcada, deinde quomodo revertit se ad Penam Rotondam, et in hoc regalengo jacent leiras demarcatas de herdatoribus. De predicto vero regalengo dant sextam partem tocius fructus. Item, de sauto de Longara dant annuatim vij. taligas de pane. Item, de casali Sancti Petri, de mortorum dant terciam partem tocius fructus et Dominus Rex levat inde medietatem et ecclesia ipsa levat inde[1] aliam medietatem et eiradigam et totas directuras, unde Dominus Rex nichil percipit, quia dicit abbas quod caput ipsius casali sedet in sua hereditate, nec etiam de linari nec de chousa nec de eyra Dominus Rex inde aliquid percipit. Est enim ibi quoddam heremitagium, et dicunt homines de auditu quod medietas est Domini Regis et medietas herdatorum. Item, dixit quod est[2] quoddam leira in Fonteelo, de qua dant Domino Regi sextam partem panis. Item, in Salzeda j. leira, de qua dant sextam partem panis. Item, in Agro Maior j. leira et in Agro de Cidi j. leira et in agro de Maria j. leira, de quibus dant terciam partem. Item, in Tartali, j. terrenum de quo dant de xij. quinionibus unum. Item, in Lestoso, j. leira de qua dant sextam panis. Item, so a Corredoira, j. leira de qua dant sextam panis. Item, Maragata, ij. leire de tertia. Item, in Agro Bono, j. campum magnum de quo dant terciam. Item, tras o Lemedeiro, j. leira de sexta. Item, in Fonte de Rege, j. leira de sexta. Item, in veiga, j. leira de tertia. Item, de veiga usque ad rivum de Salzeda, j. campum de vj.ª Item, de terreno de Maragata usque ad Lemedeirum de supra Lemadarium dant vj.ª partem panis. Item, de Rivo de Mondelo usque ad leiram de Maria de Gradi de Cibram dant vj.ª panis. Item, de veiga de cima de vila usque ad outeirum, dant terciam partem panis. Item, in veiga so a corredoira j. campum de vj.ª Item, in agro de Maria, j. peza de campo, de quo dant vj.ª partem panis, et in eodem loco sunt ij. leire de quibus dant tertiam, et in eodem loco j. leira de qua dant vj.ª

Item, in Gayanes erat quoddam campum magnum regalengum et fecerunt ibi vineam et composuerunt se cum judice terre ut darent Domino Regi annuatim vj. taligas de pane per estivam[3], et dicit quod ante dabant terciam partem tocius fructus. ¦(Item, di)xit quod in Gayaes et in agro de (Mar)ia debet esse ibi pradum de (rico)homine, de duobus in duobus annis. (Item, in) Moolares et in Macenaria (et in An)dorina et in Pomarelio (et in Av)essada de ponte et in Manidi (et sui)s cortinis et estivadam (et in Fic)ulneis et in Penelas[4] et in (Festela)s et in Porcaria et in Mey(ae)s debent facere prados ad ri(cum)hominem vel Domino Regi (et custo)dire illos usque ad festum (Pasche)¦[5]. Item, dixit de auditu quod in senra[6] de rippario est j. leira. Item, in agro de Cidi, iiij. leire de quibus dant tertiam, et in Sanpil, j. peza de tertia. Item, de furno usque ad petram magnam, j. veigam magnam de qua dant sextam. Item, in Agrelos Superiori, j. peza de sexta, et Inferiori, j. peza de tercia. Item, in Avarquina, j. peza magna de sexta. Item, in agro de Cidi, j. peza de campo de quo dant annuatim, sive habeat sive non, j. quartarium panis per estivam.

Item, prope de Lemedeiro[1], ij. pezas, de quibus dant sextam panis. Item, in Giiz ij. pezas de quo dant sextam panis. Item, prope de presa de Covis, j. leira de tercia et alia de sexta. Item, in agro Digo, j. leira de sexta. Item, in Lata, j. leira et in Covelo ij. leire de sexta. Item, ibi in loco qui dicitur Lavandeira, j. leira de vj.ª Item, in Ribados, ij. leire de tercia. Item, in Lama, j. leira de sexta. Item, in Ribados, j. leira de vj.ª et est ibi quoddam campum unde solebant dare Domino Regi annuatim terciam partem fructus, et modo Petrilinus clericus construxit[2] ibi domum, et nichil inde percipit Dominus Rex. Item, in porta de Ribados, j. leira de quo dant annuatim iij. taligas de pane per estivam[3]. Item, ante portam de Fonte de Rege, ij. leire, de quibus dant terciam. Item, in Paredes, j. leira de sexta. Item, in Petraria, j. leira de tercia. Item, de casali de Petraria quod est de Menendo Petri et Elvira Moniz dant de veteri xiiij. taligas et est ibi quoddam agrum de tercia et de sexta. Item, sub cortina Menendi Petri de Petraria, j. leira de sexta. Item, super petram rotondam, j. peza de campo. Item, in cima de Goemondo, j. leira de tercia. Item, in Vallibus, j. leira de sexta. Item, in Valle de Corvis, ij. leire de sexta. Item, in Valle de Garcia, j. terrenum de sexta et ibi est quodam sautum de quo dant annuatim j. sextarium de pane. Item, de hereditate Domni Petri Osoriz dant annuatim vj. quartarios de pane per estivam. Item, de sauto de Gradi dant annuatim j. sextarium de pane. Et in eodem loco, j. leira de qua dant j. taligam panis. Item, de hereditate de Troytomirus, vj. taligas panis. Item, de casali de Gradi de veteri dabant sextam partem tocius fructus Domino Regi, et modo de novo fecerunt ibi soutos et casas et populaverunt totum ipsum casalem[4], et dicit quod pro domibus et soutis debent dare j. quartarium de pane, et maiordomus non vult accipere istam estivam, sed sextam partem tocius fructus. Item, in Gradi est quidam mons qui vadit usque ad fontem et dant inde Domino Regi sextam partem. Item, de cortinis de super Pomares et in Chaelo, j. campum, et de talio Hospitalis usque ad hereditatem Pelagii Johannis de Lama sunt v. leire et sub Lemedeiro de Pomares j. leira, et in Pomares j. leira, et de omnibus istis dant sextam partem panis. Item, de leira de Baralia dant terciam. Item, in Pozas iiij. leire de sexta. Item, in Santin ij. pezas de sexta. Item, in Pomedelo ij. pezas de sexta. Item, in Santin intus in vinea, j. leira de tercia. Item, /[fl. 34] (de vinea de Lama dant annuatim iij. quartarios de pane per stivam. Item, in

[1] **B.** *Falta.*—[2] **B.** *acrescenta:* ibi—[3] **B.** stiva—[4] **B.** Panelas—[5] *Vid. p. 1413, col. 2.ª, nota 1.*—[6] **B.** sera

[1] **B.** Lamedeiro—[2] **B.** cunstruxit—[3] **B.** stivam—[4] **B.** casale

Laniosas, j. leira. Item, in)[1] casali de cima de vila j. peza de vinea, de qua dant medietatem vini. Item, in casali de Martino Petri est quodam terrenum.

Item, in Camouzos, j. vinea demarcata. Item, in Castinaria, j. leira de sexta. Item, in Varzenas est totum de sexta excepto quoddam souto, de quo dant annuatim j. sextarium de pane et ij. franganos et xx. ova. Item, de hereditate de quintana dant annuatim iij. sextarios de pane pro sautis. Item, de quintana Pelagii Mauri, j. quartarium panis annuatim. Item, de quintana de Barrio dant annuatim iij. almudes de pane. Item, in Mato, iij. pezas de sexta. Item, in Casali de Mato, j. leira. Item, in Masedi, j. peza de tercia. Item, in Silvares, j. leira et in Pereira j. leira et in Agrelo j. leira et ibi j. cortina, de quibus dant sextam et est ibi unum castenarium, de quo dant annuatim j. taligam panis et in Cortina dant annuatim de uno sauto iij. taligas de pane. Item, in Dornas, j. leira de sexta. Item, ibi j. leira de sexta. Item, ibi j. leira de tercia. Item, in Agro Maior, ij. leire de sexta. Item, in Painzaes, j. leira de tercia. Item, in Mormoiraes, j. leira de sexta. Item, de Triigaes dant sextam. Item, in Vargano de jusao, j. peza de tercia et ibi j. leira quam comparavit ecclesia et est regalenga et non facit inde forum. Item, in fundo de Vargao in seara ecclesie, j. leira de tercia. Item, in finem de agro de Salzeda, j. peza et non faciunt inde forum Domino Regi. Item, unum agrum sicut vadit per fontem et inde ad Lagenam et inde ad Espadanedum et deinde ad Lemadarium Veterum qui partit cum Farnal, est totum de sexta et[2] inferius, sub ripa in Retorta, j. peza de tercia. Item, de Lagena usque ad rivum, j. peza de sexta. Item, de una leira circa puteos dat annuatim j. sextarium panis. Item, in Mueiri, v. leire de sexta. Item, super Lampazas, j. leira in qua stant iij. castenarios. Item, in Fugiacos, j. peza de sexta. Item, super quintanam de fundo ville, j. leira de sexta. Item, in Casali de Romani, j. peza de qua dant annuatim j. modium panis. Item, in Ostioo, j. peza de sexta et vocant maiordomum Domini Regis ad colligendum panem et ducunt panem ad cellarium Domini Regis, scilicet, de ponte Menendi Goterriz inferius. Item, dant Domino Regi annuatim de casali de cima de Bagaes de Fernando Fortes et de casali de Quintanis et de quintana velia de Aldemir et de casali de Portela de sub via et de duobus casalibus de Covis et de duobus casalibus de Petraria et de duobus casalibus de Adauffi et de casali de Fundelus et de casali de Rippario et de casali de Sauto et de casali de Onega Menendi et de casali de Deel et de casali de Fonte et de casali Pelagii Perdudo et de casali de Troitomirus et de casali de Via Cova et de duobus casalibus de Gradim et de duobus casalibus de Barrio et de casali de Quintana et de casali Pelagii Mauro et de casali de Lama et de casali de Mato et de casali Pelagii Moniz et de casali de Cerrado et de casali Fernandi Didaci et de casali de Ponte et de casali Domni Luppi et de de casali de Monio Moniz et de casali de Goyna Menendi et de casali Petri Agucia et de casali Menendi Martini et de casali de Romain et de casali Pelagii Menendi dant in die Sancti Stephani singulas spatulas de novem novem costis sine pede cum castaneis, et pro Entroydo singulos cabritos si habuerint et singulos lectones, quocienscumque pepeperint eis porcas, si habuerint.

Item, sunt in ista collatione xx. casalia, de quibus non dant spatulas nec ullam directuram et non monstrant pro quo. Item, dixit quod cautum et honor novus et ame militum non sunt ibi. Item, dixit quod Laurencius Egee miles comparavit ibi hereditatem forariam Domini Regis. Item, dixit quod sunt ibi forarii Domini Regis, scilicet, Johannes Coleira et Petrus de Souto et Menendum Zapata |et Petrus Godini, Didaco (Roderici)|[1] et Petrus Topete et Petrus de Calvos sunt maiordomi de terra. Item, Petrus Menendi et Silvester et generatione de Didaco Gunsalvi sunt maiordomi Domini Regis de eyris, et milites et ordines nichil acquisierunt ibi. Item, dixit quod in ista collatione intrat maiordomus et pectant vocem et calumpniam et vadunt in anuduvam et ad intorviscada et dant loitosam et vadunt facere carreiram super portelam ad scanatam (?), semel in anno, quomodo viderit judex quod esset bene facta, preter quintanam de Adauffi qui non vadit facere ipsam carrariam. Item, moratores de Portela debent custodire portam de castello de Laynoso. Item, moratores de Ribaldos vadunt in mandatum Domini Regis et de ricohomine et ducunt ei vitam. Et in quanto ibi ambulaverint, debent ei dare portionem in sua casa, et non pectant vocem et calumpniam. Item, quintana de Fundaelus est |servizaria. Item, dixit quod de ista (collatione) Domino Regi annuatim de r(enda l. modios)|[1].

Pelagius Suarii, Stephanus Suariz, Petrus Petri, Martinus Petri, Johannes Petri, Monio Moniz, Petrus Menendi, April Moniz, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut primus.

Item, in collatione Sancti Martini de Ferreirus[2]—Alfonsus Nuniz, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus et habet ibi suum regalengum, scilicet, tria casalia de quibus dant Domino Regi annuatim terciam partem de omni fructu, excepto de vino, quod dant medietatem et dant annuatim pro eyradiga singulos quartarios per mensuram regalengam, et dant pro Natale singulas spatulas de novem costis sine pede, et pro Entroydo singulos cabritos et pro Pascha[3] singulos caseos cum v. v. ovis et pro Sancto Johanne singulas taligas de centeno pro fugaciis per mensuram regalengam et singulas gallinas de eiris. Et de casali eremo dant j. quartarium de castaneis sicas[4] per estivam[5], et vocant maiordomum Domini Re-

[1] *Vid. p. 1410, col. 1.ª, nota 5.*—[2] **B.** *Falta.*

[1] *Vid. p. 1413, col. 2.ª, nota 1.*—[2] **B.** Fereirus—[3] **B.** Pasca—[4] **B.** siccis—[5] **B.** pro stiva

gis ad colligendum panem et ducunt ad cellarium. Item, de sauto de Espinario dant Domino Regi annuatim de estiva j. quartarium de pane per mensuram regalengam, et darent pro eo magis si essent quid daret. Item, dant annuatim de fossadaria pro Sancto Michaele, scilicet, de hereditate Pelagii Goterriz viiij. varas de bragal. Item, de hereditate Martini Osoriz, j. lenzum. Item, de hereditate Pelagii Vermudi, iij. varas de bragal, et Johannes Martiniz miles tollit istas iij. varas pro eo quod comparavit ibi hereditatem de novo. Item, de hereditate Petri Pilitario, j. quartarium de pane. Item, de hereditate Pelagii Vermudi, j. taligam de castaneis siccis. Item, dixit quod cautum et honor novus et ame militum et forarii Domini Regis non sunt ibi, et milites et ordines nichil magis acquisierunt ibi de novo nec de veteri. Item, dixit quod intrat ibi maiordomus Domini Regis et pectant vocem et calumpniam et vadunt in anuduvam et a entorviscada et dant loitosam, scilicet, x. bragalia pro homine mortuo.

Petrus Gunsalvi, Martinus Martini, Dominicus Gunsalvi, Johannes Petri, Petrus Suariz, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut primus.

Item, in collatione Sancti Jacobi de Paredes.—Pelagius Pelagii capellanus, juratus et interrogatus, dixit quod Dominus Rex non est patronus, sed habet ibi unum casale regalengum eremum per malefectoriam[1], et dant Domino Regi annuatim terciam partem tocius fructus et vocant maiordomum et ducunt panem ad cellarium Domini Regis, et dant annuatim pro Natale j. spatulam de novem costis sine pede, et pro Pascha j. cabritum[2] et j. caseum[3] cum v. ovis, et pro Sancto Johanne j. alqueire medium de centeno per mensuram Bracare pro fugacia, et pro Sancto Michaeli j. gallinam pro eira, et pro die Sancti Andree j. taligam de castaneis siccis per mensuram Bracare. }Item, dixit quod de sauto de (Gallinias) dant annuatim j. taligam (de castane)is siccis per estivam et (j. gallinam). Item, de Bacelar j. taligam de (pane tri)tici per mensuram Bracare (et j. fran)ganum et v. ov(a){[4].

Item, dixit quod cautum et honor novus et ame militum et forarii Domini Regis non sunt ibi et milites et ordines nichil acquisierunt ibi de novo. Item, dixit quod intrat ibi maiordomus Domini Regis et pectant vocem et calumpniam et vadunt in anuduvam et ad entorviscatam et dant loitosam, scilicet, x. bragales pro homine mortuo.

Johannes Petri, Petrus Calvus, Pelagius Albus, Johannes Martiniz, Stephanus Silvestris, Petrus Martini, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut primus.

Item, in collatione Sancte Marie de Randulfi.—Johannes Martini, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus nec habet ibi regalengum. Item, dixit quod villa de Randulfi est honor vetus Domni Giraldi Nuniz et non intrat ibi maiordomus Domini Regis nec pectant vocem et calumpniam nec sunt ibi forarii Domini Regis nec vadunt laborare extra. Item, dixit quod in villa de Sobradelo intrat maiordomus Domini Regis et pectant vocem et calumpniam et vadunt in anuduvam et ad intorviscatam et dant loitosam dominis suis.

Petrus Gunsalvi, Martinus Godini, Dominicus Martini, Nunus Petri, Johannes Giraldi, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia, sicut primus.

/fl. 34 v.° *Item, in collatione Sancti* (*Michaelis de Ferrariis.*—Alfonssus Petri, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus)[1] dixit quod Dominus Rex non est patronus, sed habet ibi iiij.or casalia regalenga, et de duobus casalibus dant Domino Regi annuatim terciam partem totius fructus, excepto quod de vino dant medietatem et dant singulos quartarios de pane per estivam pro eiradiga, et de casali de Cancelo et de casali de Lamis dant Domino Regi annuatim sextam partem tocius fructus, excepto quod de vino dant medietatem et dant singulos alqueires et dimidium de eiradiga per estivam, et pro Natale singulas spatulas de novem costis sine pede cum castaneis, et pro Entroydo singulos cabritos, et pro Pascha singulos caseos cum v.v. ovis, et pro Sancto Michaele singulas gallinas preter casali de Cancelo, quod dat[2] j. franganum, et casali de Lamis quod dant[3] iij. almudes de centeno pro fugacia per estivam, et vocant maiordomum Domini Regis ad colligendum panem et ducunt panem ad cellarium Domini Regis. Item, de sauto de Portozelo dant annuatim iij. almudes de pane per estivam.

Item, de souto de Lamis, iij. taligas de pane. Item, de souto de Vallinas, j. taligam de pane. Item, de casali de Soveraria, j. sextarium de[4] pane et v. ova et hoc totum per estivam. Item, de hereditate de Vallinas, j. gallinam. Item, dixit quod cautum et honor novus non sunt ibi preter quintanam de Outeiro in qua nutritus fuit Rodericus Fafit, et sunt ibi vj. focaria et defenduntur per ipsum a voce et calumpnia et non intrat ibi maiordomus. Item, dixit quod forarii Domini Regis non sunt ibi. Item, dixit quod pectant vocem et calumpniam et vadunt in anuduvam et ad entorviscatam et dant loitosam et geiram ad castello de Laynoso singulos dies in qualibet septimana, si requisiti fuerint, et dant vitam maiordomo de eiris dum fuerint ad segandum panem. Item, dixit quod de casali de Boyro et de iiij. casalibus de Ordine Tenpli non faciunt forum Domino Regi nec pectant vocem et calumpniam, quia incensoriaverunt se cum ipsis et posuerunt ibi crucem.

Petrus Muniz, Johannes Petri, Martinus Petri, Johannes Didaci, Petrus Filius, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut primus.

[1] **B.** malefeitoriam—[2] **B.** cabrito—[3] **B.** casaum—[4] *Vid. p. 1413, col. 2.ª, nota 1.*

[1] *Vid. p. 1410, col. 1.ª, nota 5.*—[2] **B.** dant—[3] **B.** dat—[4] **B.** *Falta.*

Item, in collatione Sancti Martini de Aquis Sanctis.—Petrus Dominici capellanus, juratus et interrogatus, dixit quod Dominus Rex non est patronus sed habet ibi regalengum in leiris et in quebradis, scilicet, in veiga de Cadavo xvij. leiras et unum castenarium, de quibus dant vj. taligas de pane per mensuram Bracare, et maiordomus dat eas cuicumque sibi magis dat. Item, dant annuatim de fossadaria pro Sancto Michaele, scilicet, de hereditate de Rio Covelo de Domna Broyli j. bragale. Item, de quintana de Insula j. bragal et j. spatulam et j. cabritum et j. lectonem, quocienscumque pepeperit[1] porcam[2], et pro Sancto Johanne j. taligam de centeno per mensuram Bracare pro fugacia et x. ova. Item, de quintana de Vilar, iiij. varas de bragal et de quintana Pelagii Calvo j. bragal et dant annuatim singulas spatulas et singulos cabritos et quocienscumque pepeperint eis porcam[3] vel porcas[2] dabunt lectigam et singulas taligas de centeno pro fugaciis cum x.x. ovis. Item, de casali de Petro Cavaleiro, j. bragal. Item, ¦(de) hereditate Domni Simeo(nis) et de Monio Petri, j. bragal¦[4]. Item, de casali de Patos, ij. bragaes. Item, de hereditate de Gocherris, ij. bragaes. Item, de casali Domni Dominici, medium bragal et de ecclesia Sancti Martini, medium bragal. Item, dixit quod cautum et honor novus et ame militum et forarii Domini Regis non sunt ibi. Item, dixit quod casale de Insula est pressum de ganato et troncariam, et in casali de Vilar includunt ganatum. Item, dixit quod de ista collatione dant Domino Regi annuatim, scilicet, de hereditate de Boyro, j. modium et j. taligam de pane. Item, de hereditate de Domna Godo, xv. taligas panis. Item, de hereditate de Pelagio Pestanel, j. modium et j. sextarium panis. Item, de hereditate Pelagii Johannis vj. taligas. Item, de hereditate de[5] Maria Sancii iij. taligas. Item, de hereditate Domne Broili, viiij. taligas. Item, de hereditate Domni Simeonis, iij. almudes de pane. Item, de hereditate Johannis Menendi cum sua germanitate iij. taligas panis. Item, de hereditate Petri Suerii cum sua germanitate iij. taligas. Item, de hereditate ecclesie, j. taligam panis. Item, de hereditate de Outeiro quod est Sancti Martini, j. quartarium panis. Item, de hereditate de Insula, j. quartarium panis. Item, de quintana de Vilar, j. quartarium panis. Item, de hereditate Pelagii Calvo, ij. quartarios panis. Item, de hereditate Marie Nuniz, vj. quartarios panis. Item, de hereditate Dominici Johannis cum suis fratribus, j. taligam minus terciam et hoc totum per mensuram de stiva[6]. Item, dixit quod Domnus Silvester archiepiscopus bracarensis emit unum casale forarium in ista collatione et dedit illud monasterio de Boiro pro anima sua, et nullum forum faciunt inde Domino Regi. Item, dixit quod pectant vocem et calumpniam et vadunt in anuduvam et ad in torviscatam et dant loitosam dominis suis.

[1] **B.** peperit—[2] **B.** porca—[3] **B.** porcas—[4] *Vid. p. 1413, col. 2.ª, nota 1.*—[5] **B.** *Falta.*—[6] **B.** estiva

Johannino, Dominicus Pelaiz, Petrus Dominici, Stephanus Dominici, Petrus Moniz, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut Petrus Dominici capellanus.

Item, in collatione Sancte Tegre.—Dominicus Petri capellanus, juratus et interrogatus, dixit quod Dominus Rex non presentat ibi, sed audivit quod erat in registro quod Dominus Rex erat inde patronus sed habet ibi regalengum, scilicet xij. casalia, de quibus dant Domino Regi annuatim terciam partem de omni fructu, excepto de vino, quod dant medietatem et dant pro eyradiga singulos quartarios per estivam et vocant maiordomum Domini Regis ad colligendum panem et ducunt panem ad cellarium Domini Regis. Item, dant annuatim pro Natale Domini de quolibet foco singulas spatulas de novem costis sine pede cum castaneis viridis, et de quolibet casali dant pro Entroydo singulos cabritos, et quocienscumque ¦(pep)erint porcas vel porcam da(bun)t lectigas et¦[1] pro Pascha singulos caseos cum v. v. ovis, et pro Sancto Johanne singulas taligas de centeno pro fugacia per estivam cum v. v. ovis, et pro Sancto Michaele singulas gallinas de eiris. Item, dant Domino Regi annuatim pro festo Sancti Andree, de supradictis xij. casalibus regalenguis, scilicet, de casali de Fontano de Corvo, j. quartarium de castaneis siccis. Item, de casali de Carnario, j. quartarium. Item, de casali de Sauto, j. sextarium. Item, de casali de Rippario, j. sextarium. Item, de casali Stephani Petri de Rippario, j. taligam. Item, de casali de Coarogo, v. taligas. Item, de casali Johannis Goterriz, ij. quartarios. Item, de casali de Guiximar, iij. almudes. Item, de casali de Atrio, iij. taligas. Item, de casali de Pena, vj. taligas. Item, de casali de Progua, v. almudes. Item, de casali de Guiximar de Johanne Pelaiz, v. almudes. Item, de casali de Adauffi, iij. taligas et j. almude, et hoc totum per mensuram de stiva. Istud vero casale de Adauffi non habet de suo nisi caput casale et unam cortinam et excollit terras regalengas et dat inde terratigum Domino Regi. Directuras vero monasterio de Adauffi dant eciam ista supradicta xij. casalia regalenga singulas taligas de fabis cum baginis, si habuerint. Item, de casali de Sauto dat[2] annuatim j. taligam de nucis et de casali de Pena, j. taligam per mensuram de stiva. Item, sunt ibi alie leire regalengue, scilicet, in Fugioo[3], j. campum magnum, de quo dant annuatim iij. taligas de pane et iij. taligas de vino crudo. Item, in Longara, j. leira cum isto foro. Item, in Mola j. leira, de qua dant j. sextarium panis et ij. fraganos et xx. ovis. Item, dixit quod cautum et honor novus et ame militum et forarii Domini Regis non sunt ibi, preter Johannino qui est maiordomus de eiris, et milites et ordines nichil acquisierunt ibi, preter ecclesiam quod lucrata est unum casale et quarta(?) regalengum. Pro testamento tamen dat totum forum suum et directuras Domino Regi. Item, dixit quod in ista

[1] *Vid. p. 1413, col. 2.ª, nota 1.*—[2] **B.** dant—[3] **B.** Fugio

collatione intrat maiordomus Domini Regis et pectant vocem et calumpniam et dant loitosam et goyosam et vadunt in anuduvam et ad intorviscatam et dant ad castellum de Laynoso /fl. 35 (singulos dies de laborare pro geira de qualibet ebdomada, si requisiti fuerint)[1].

Johannino, Petrus Johannis, Petrus Pelaiz, Johannes Menendi, Stephanus Martiniz, Dominicus Gunsalvi, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut primus.

Item, dant de fossadaria annuatim de hereditate Garcie Guimaraz iiij. varas de bragal. Item, de hereditate de Cedroo ex parte Gotherri Pelaiz j. gallinam. Item, in villa de Magaos dant de fossadaria, scilicet, de hereditate de Vidagao ij. varas de bragal. Item, de casali de Nogaria ij. varas de bragal, Item, de hereditate de Outeiro iiij. varas. Item, de casali de Quintana ij. varas de bragal. Item, in villa de Cortegazo de hereditate de Ousendina iij. denarios. Item, de villa de Gandera de casali Marie Pequene iij. denarios. Item, de casali Menendi Menendi iij. denarios.

Item, dixit quod Rio Longo est cautum cautatum per patronos divisos. Item, dixit quod honor novus et ame militum et forarii Domini Regis non sunt ibi, et milites et ordines nichil acquisierunt ibi modo de novo. Item, dixit quod in ista collatione intrat maiordomus Domini Regis et pectant vocem et calumpniam et vadunt in anuduvam et ad intorviscatam et dant loitosam dominis suis.

Petrus Martini, Pelagius Menendi, Menendus Petri, Michael Petri, Petrus Gomez, Dominicus Petri, Dominicus Dominici, Petrus Pelaiz, Johannes Johannis, Stephanus Martini, Domnus Simeon, Johannes Martini, Dominicus Petri, Petrus Martini, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut primus.

Item, in collatione Sancti Stephani de Cantelanis.— Michael Johannis, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus nec habet ibi regalengum, sed dant Domino Regi annuatim de fossadaria pro Sancto Michaele, scilicet, de hereditate de Trans Rivum ij. varas de bragal. Item, de hereditate de Quintanis v. varas, et Domna Maria Suariz tollit inde ij. varas mediam de bragal de una hereditate quam comparavit ibi modo de novo. Item, de hereditate de Outario ij. denarios. Item, de hereditate de Frieirus vij. varas, et filii Menendi Godini et Petri Godini, milites, tollunt inde j. vara *(sic)* de bragal. Item, de hereditate Pelagii Oariz iij. varas minus quinta. Item, de hereditate de Faraz j. bragal. Item, de hereditate Domni Aldare iij. varas. Item, de hereditate de Penela et Sancti Felicis viiij. varas de bragal. Item, de hereditate de Rial ij. varas de bragal. Item, de hereditate de Quintana ij. varas mediam de bragal. Item, de hereditate de Maria Alva j. vara media de bragal. Item, de here-

[1] **B.** *Falta.*

ditate de Outario iij. varas de bragal. Item, de hereditate de Ruberte j. gallinam. Item, de hereditate de Domno Eiro j. gallinam aut vj. denarios pro ipsa.

Item, dixit quod Cantelanis est honor de veteri Domni Menendi Moniz et non intrat ibi maiordomus Domini Regis. Item, dixit quod cautum et honor novus et ame militum et forarii Domini Regis non sunt ibi. Item, dixit quod pectant vocem et calumpniam et vadunt in anuduvam et dant loitosam dominis suis.

Gunsalvus Johannis, Johannes Petri, Dominicus Petri, Johannes Petri, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut primus.

Item, in collatione Sancte Marie de Pignario.—Domnus Andre, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus sed habet ibi suum regalengum, scilicet, in Parada viiij. leiras et terciam partem de una leira, de quibus dant terciam partem tocius fructus et vocant maiordomum ad colligendum panem et ducunt ad serviciariam de Veheira. Item, dant annuatim de fossadaria pro Sancto Michaele, scilicet, de Requeixo iij. varas de bragal. Item, de Penedo ij. varas de bragal. Item, de Pomar iij. varas de bragal. Item, de hereditate de Froia Froiaz j. denarium. Item, de hereditate Maiori Petri iij. denarios. Item, in Favoadelo habet Dominus Rex quoddam casale regalengum de quo dant terciam partem tocius fructus et pro eiradiga j. quartarium, si habuerit iij. modios, quod si non habuerit dabit secundum quantitatem et qualitatem et iij. almudes pro fugacia, et pro estiva j. almude de castaneis siccis et j. spatulam et j. cabritum cum x. ovis, et pro Sancto Michaele j. caseum sicum[1] et j. franganum cum x. ovis et ij. varas de bragal. Item, de ipsa villa dabant de veteri j. bragal pro fossadaria, et modo non dant Domino Regi nisi ij. varas minus quarta, quia Domnus Martinus Pelaiz Ribeira comparavit ibi hereditatem forariam Domini Regis. Item, dixit quod cautum et honor novus et ame militum et forarii Domini Regis non sunt ibi, et ordines et milites nichil acquisierunt ibi modo de novo. Item, dixit quod pectant vocem et calumpniam et vadunt in anuduvam et ad intorviscatam et dant loitosam dominis suis.

Domnus Pequenus, Dominicus Menendi, Martinus Pelaiz, Petrus Martini, Pelagius Laurencii, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut primus.

Item, in collatione Sancti Pelagii de Veheira.—Stephanus Moniz, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex presentavit eum ibi. Item, dixit quod Dominus Rex habet ibi suum regalengum, scilicet, in Vilar duo casalia et in Bouzoos tria casalia et in Pala unum casale et in Mediana unum casale et fuit ibi servizaria, et in Terrafecta quinque casalia et in Laurario ultra rivum unum casale, de quibus dant Domino Regi annuatim de regadio terciam partem tocius fructus et de terreno sicco quartam partem et singulos quartarios pro eiradiga secundum usum terre et dant pro fugacia iij. iij. almudes per regalengam inter se et maiordomum, et dant pro directuras *(sic)* singulas spatulas et singulos cabritos cum x. x. ovis, et pro Sancto Michaele singulos caseos siccos et singulos franganos cum x. x. ovis et ij. ij. varas de bragal. Item, dant annuatim de casali de Bouzoos j. quartarium de castaneis siccis, et de Agrelo j. sextarium et de Casali Queimado j. taligam et de casali Danta Porta[1] j. taligam et de casali de Arenario j. quartarium, et de Meyana j. quartarium et de Pala j. quartarium et de casali de Segnorina j. sextarium et de duobus casalibus de Regada ij. quartarios et de Ripario j. quartarium et de Cisia j. quartarium, et de casali de Laurario de ultra rivum j. sextarium {et hoc totum per mensu(ram rega)lengam}[2].

Item, dixit quod habet Dominus Rex regalengum, scilicet, in Touza unum terrenum de quo dant terciam partem de renovo, et in Pala j. agrum de quo dant octavam[3] de omni fructu, et in Terrafecta et in Pedrisqueiras unum agrum, de quo dant de xvj. quinionibus unum. Item, in Agrelo est quodam sautum, de quo Dominus Rex habet medietatem et modo nichil percipit inde de fructu propter milites loci, et in Ponte de Vilar est ibi alium sautum, de quo Dominus Rex habet medietatem et modo nichil percipit inde propter Fontarcada. Item, in Lama Chaa j. leira et in Banial j. leira et in Atrio j. leira et in Ribeirina j. leira et medietatem *(sic)* de Trans Palatio, et de omnibus istis dant terciam partem tocius fructus. Item, in loco qui dicitur Suerius Monacus, j. agrum de quo dant quartam panis. Item, in agro de Ultra Ponderas est ibi quoddam sautum, de quo dant annuatim j. almude de casta per regalengam. Item, in Lomba est quedam defensam[4], de qua dant annuatim j. taligam de cevada per regalengam, et de loco qui dicitur Ragnia dant sextam de pane. Item, in casali de Domno Adam faciunt annuatim Domino terre pradum et custodit illud ille qui habitat in ipso casali. Item, dixit quod de monte de Rania et de molendino de Espay est medietas Domini Regis et modo nichil percipit Dominus Rex de predicto molendino. Item, dixit de auditu quod in Pesagario est quoddam campum regalengum, et maiordomus Domini Regis reclamat inde panem de predicto campo et nichil inde dant Domino Regi et tenet illud Domnus Menendus Roderici. Item, dant annuatim de fossadaria pro Sancto Michaele de casali de Quintanis de Vilar iiij. varas de bragal et Domna Maria Pelaiz et Domnus Laurencius Martiniz Berredo comparaverunt ibi hereditatem et tollunt de ista fossadaria. Item, de Cervas de Penado ij. varas de bragal, et de Coveliaa j. denarium, et de Pala vj. denarios, et de hereditate de Outario iij. varas de bragal. Item, de Chaos iiij. varas mediam de bragal.

[1] **B.** siccum

[1] *sic por* de ante a porta?—[2] *Vid. p. 1413, col. 2.ª, nota 1.*—[3] **B.** *acrescenta:* partem—[4] **B.** deffensa,

Item, de hereditate Petri Sicco j. denarium. Item, de hereditate Gunsalvi Fernandi j. denarium. Item, de hereditate de Quintanis iij. varas et quarta. Item, de hereditate Marie Pequene ij. varas de bragal. /[fl. 40 v.o] (Item, de hereditate Johannis Guimaraz ij. varas de bragal. Item, de casali de Boyro i. varam. Item, de heredi)[1]tate Domni Sesnandi j. gallinam. Item, de hereditate dos Picadus j. vara mediam de bragal. Item, de hereditate Petri Laurencii iij. denarios. Item, de hereditate de Cova iij. denarios. Item, dixit quod in Vilar intrabat maiordomus Domini Regis et pectabant vocem et calumpniam et faciebant inde totum forum Domino Regi, et modo nullum forum faciunt ei. Item, Domna Tarasia Nuniz comparavit hereditatem Pelagii Rubi herdatoris et nullum forum faciunt inde Domino Regi. Item, dixit quod quintana subtus ecclesie Domni Petri Martini et quintana Domni Pelagii Moniz et in Cervas medium casale sunt honores de veteri, de quibus nullum forum faciunt inde Domino Regi. Item, dixit quod cautum et honor novus et ame militum et forarii Domini Regis non sunt ibi, et ordines nichil acquisierunt ibi modo de novo. Item, dixit quod in ista collatione intrat maiordomus Domini Regis et pectant vocem et calumpniam et vadunt in anuduvam et dant loitosam dominis suis.

Petrus Fernandi, Johannes Menendi, Stephanus Pelaiz, Petrus Johannis, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut primus.

[Julgado de Barroso]

Item, in Judicatu de Barroso.—Hec sunt jura que Dominus Rex ibi habet et debet habere. Primo, Martinus Martini judex juratus ad Sancta Dei Evangelia nobiscum inquisivit et omnia qui sciebat fideliter demonstravit.

Item, in collatione Sancti Martini de Vilar de Vacas.—Alvarus Petri, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus }(sed invenimus) postea per duos testes, (qui viderunt quando) Domnus Egidius Valas(quiz tenebat) ipsam terram. Tunc temporis, (abbadavit pre)dictam ecclesiam de tribus clericis scilicet) de Domno Adam et Pelagio (Martiniz et)[2] Suerio Pelaiz et modo de no(vo non presen)tat ibi Dominus Rex{[2]. Item, dixit quod villa de Canpos est tota regalenga Domini Regis cum suo termino exceptis quibusdam militibus qui habent ibi quasdam leiras, scilicet, in Lama Grande j. leiram et sub Trigaeylos j. leiram et in Regario de Cerdeira j. leiram et in Lama de Abbatibus j. leiram et in Cerdeira j. leiram et in Betoca j. leiram et in Candaendo j. leiram et Rivum de Troytas sicut dividit per regalengum[3] de una lomba in aliam, et istas leiras sunt filiorum et nepotum Domni Gomecii Menendi de tempore Domni Gunsalvi de Sausa. Item, excepto agro de Fonte Fria qui est herdatorum. Item, excepto agro de Pineiro, quem Stephanus Menendi miles tenet et nesciunt unde habuit, sed dixit quod riqushomo qui tenebat tunc temporis terram ipsam accepit ipsum agrum. Et postea qualiter composuit cum eo dixit quod nescit, sed videt modo Stephanus Menendi predictum possidere ipsum agrum {et Rodericus Fafie et Rodericus (Pelais, jurati, dix)erunt quod supradicte leire (erant parv)e et alargaverunt se (quantum magis) possunt per supradictum (regaleng)um, et de agro de Pineiro (quod tenet) predictus Stephanus Menendi est totum (quinte Domini R)egis et minati sunt rusti(ci ad mort)em in aure, si dicerent inde (aliquid contra) eos{[1].

De quo supradicto regalengo dant Domino Regi annuatim quintam partem de milio et centeno et dant pro eiradiga singulos quartarios per mensuram de Barroso, si habuerit iij. modios; quod si non habuerit dabit secundum usum terre et vocant maiordomum Domni Regis ad colligendum panem. Et omnes populatores istius ville dant Domino Regi annuatim pro Sancto Stephano singulas spatulas de novem costis sine pede cum duobus duobus panibus de sex panibus in taeiga vel xvj. denarios leonenses pro spatula et panibus, exceptis viduis pauperibus qui non habeant potestatem conferendi spatulam et panes supradictos. Item, dixit quod pectant iiij. calumpnias, scilicet, rapsum et furtum, homicidium[2], stercus in ore, si fuerint[3] testificatum per bonos homines, }(et dant) pro homicidio c. modios (et pro ra)pso lx. modios et pro (sterco)re in ore lx. modios (et furt)um debet[4] componi scilicet, (pro uno), novem{[1] et dant pro loitosa melius donum[5] quod habuerint. Item, dixit quod si fuerint ad venationem, dabunt de porco montes spatulam de viij. costis sine pede, et de usso dabunt manus Domino Regi. Item, Lama Longa cum[6] toto suo termino est regalengum et dant inde Domino Regi annuatim quintam partem de centeno[2], milio et ordeo et vocant maiordomum Domini Regis ad colligendum panem, et sunt ibi viij. casalia et dant annuatim Domino Regi pro Sancto Stephano singulas spatulas de novem costis sine pede cum ij. ij. panibus vel xvj. denarios leonenses. Item, dixit quod pectant iiij.[or] calumpnias, scilicet, rapsum, homicidium, furtum, stercus in ore, et si fuerit ad venationem, dabunt de porco montes spatulam, et de osso[7] dant manus. Item, in Ruviaes habet Dominus Rex suum regalengum in leiris, scilicet in Pomar j. leiram, de qua dant Domino Regi annuatim octavam partem tocius fructus. Item, in fundo de Provegeale j. leiram, de qua dant j. almude in censoria annuatim. Item, ibi super fontem j. leiram, de qua dant annuatim j. taligam de pane. Item, in valle j. leiram, de qua dant annuatim octavam partem tocius fructus. Item, in Meaes j. leiram et in Brunedo j. leiram et in Parada ij. leiras et super Barrario j. leiram, de quibus

[1] *Vid. p. 1410, col. 1.ª, nota 5.*—[2] *Vid. p. 1413, col. 2.ª, nota 1.*—[3] **B.** regalengam

[1] *Vid. p. 1413, col. 2.ª, nota 1.*—[2] **B.** *acrescenta:* et—[3] **B.** fuerit—[4] **B.** debent—[5] **B.** donnum—[6] **B.** com—[7] **B.** usso

dant annuatim octavam partem tocius fructus. Item, de hereditate de Calvete et de Pelagio Grande dant annuatim j. almude de pane. Item, de regalengo de Villa de Zevral dant annuatim j. modium de pane. Item, dixit quod per lagea et deinde ad petram de Alguergue de Canadas, deinde ad penedum qui dicitur Testa de Caballo, deinde ad molendinum de Comite, deinde ad Soverariam Veteram, deinde ad penedum[1] de Revordino, deinde ad Paixom, deinde ad crucem de Fonteelas, deinde ad Penedum, deinde sub Gea contra ad Miserela, deinde per Gea. Et in isto regalengo demarcato est quedam leira que fuit Domni Egee Barroso, de qua nullum forum faciunt[2] Domino Regi, sed de supradicto regalengo dant annuatim Domino Regi octavam partem tocius fructus. Item, in Frades j. leira de vinea de qua dant annuatim medietatem de vino. Item, ibi j. leira de qua dant terciam partem de vino |(et) j. franganum cum x. ovis. (Item, de) Anta de Ligoo usque ad ma(rcum) de Cesares quanti ibi habi(tav)erint in ipsis campis et ibi la(bora)verint, dant Domino Regi an(nuatim) quintam partem tocius fructus|[3]. Item, in Colado j. leira. Item, sub chousa de Avoos j. leira. Item, in Caal j. leira, de quibus dant annuatim terciam partem de vino. Item, dixit de auditu quod leira de Ruberte est regalenga et in Sancto Pelagio ij. leire et tenet unam Menendus Cavaleiro et alia jacet ad Peraria, de quibus solebant dare Domino Regi octavam partem, et in fundo ville j. leira, de qua dant terciam partem panis. Item, de Lavandaria dant annuatim j. sextarium de vino. Item, in quinion de leira de Sancta Leocaya dant annuatim j. sextarium de vino. Item, in Costa j. leira, de qua dant terciam partem tocius fructus et vocant maiordomum Domini Regis ad colligendum panem et vinum et omnes in censorias dant per taligam de Barroso. Item, dixit[4] quod[4] de villa de Rubiaes et de villa de Spinedo et de Zevral et de Sancta Locaya[5] de Lagea inferius et de Villa de Frades dant Domino Regi annuatim, /[fl. 41] (de quolibet casali singulas spatulas de novem costis, et ij. ij. panes centenos)[6] de sex panibus j. taliga, quod si non habuerit, dabit xvj. denarios leonenses, ita tamen quod si duo vel plures habitaverint in uno casali et exierint per unam portam non facient omnes nisi unicum[7] forum. Item, de Pincaes et de supradictis villis dant maiordomo Domini Regis annuatim de istis villulis in quolibet mense vitam, scilicet, in uno mense carnem de uno modio, in aliis mensibus qualem vitam habuerint secundum usum terre, quod si non derit[8] pectabit sibi j. modium. |Item, dixit quod Cani(zoo et Linare)lios et Sout(elo viderunt eas) tenere Domno (Egidio Vadasci) pro regalenguis (et facere de eis) tamquam de alio (regalengo Domini Regis), sed abbas de (Refoyos cum)posuit se cum Do(mno Egidio) et dedit sibi u(num rocinum) in precio de xl. (morabitinis. Dimi)sit ei jam dictas (vilulas, quas pro) regalengo te(nebat et) dabat in prestim(onium cuicumque) volebat, et modo (nichil inde perci)pit Dominus Rex. (Item, dixit quod vi)dit quando Domnus (Egidius Valasquiz tenebat (casale de Pi)neiro et dabat (cuicumque vo)lebat in prestimon(ium, et postea) filiavit illud (Stephanus Menendi) et tenet illud (et de eo nichil) inde percipit Dominus (Rex.)|[1]

Item, dant Domino Regi annuatim de fossadaria pro Pasquela, scilicet, de hereditate de Manidaos j. bragal. Item, de hereditate de Doneneco j. bragal. Item, de hereditate de Meaes iiij. varas de bragal. Addidit quod audivit quod erant vj. de veteri. Item, de Casali de Frades Petri Fafie j. bragal. Item, de casali filiorum de Troili Petri et de Nuno Mauro iij. varas de bragal. Item, in Ruvyaes de casali de fundo ville iij. varas de bragal. Item, in Zevral de casali de Quinteela quod fuit Domni Onrici j. bragal. Item, in Sancta Locaya de hereditate mourigana j. pelle de cabrito. Item, de casali de cima de villa j. varam de bragal. Item, de casali de Fonteelas iiij. varas de bragal. Item, de casali de Requeixo j. vara. Item, de casali de Figueiras iij. varas de bragal. Item, de casali de Lagea Petri Froye ij. varas de bragal. Item, de casali Sancti Pelagii j. varam de bragal. Item de casali de Areal iij. varas de bragal. Item de casali de Torrente j. vara[2] de bragal. Item, dixit quod de vetero[3] fuerunt xiiij. bragales, sed quia longo tempore fuit tota terra de Barroso in renda posita, ideo subtrahunt sibi jura sua et dicunt quia decesserunt homines veteri et non possunt venire ad fossadarias pristinas. Item, dixit quod pectant vocem et calumpniam et vadunt ad intorviscatam et dant loitosam et goyosam. Item, dixit quod si fuerint ad venationem, dabunt montariam sicut alii supra nominati. Item, isti sunt forarii Domini Regis, scilicet, filii et nepotes de Nuno Mauro et Domnus Michael et Menendus Menendi et Monio Saydo et Menendus Moniz de Zevral sunt maiordomi de eiris. Item, Petrus Mozo maiordomo maior. Item, Martinus Pelaiz, Alfonsus Montarius, Johannes Johannis, Martinus Gomez sunt maiordomi de prestamario. Item, dixit quod cautum et honor novus et ame militum non sunt ibi, et milites et ordines nichil acquisierunt ibi modo de novo.

Rodericus Fafie tunc temporis judex, Johannes Lopiz, Petrus Alfonsi[4], Dominicus Menendi, Simeon Pelaiz, Johannes Petri, Petrus Ferrarius, Martinus Johannis, Pelagius Martiniz, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut primus.

Item, in collatione Sancte Marie de Salto.—Abbas non erat ibi, sed Domnus Durandus capellanus ipsius ecclesie juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex est patronus et est ibi pausa ejus et habet ibi palatia et

[1] **B.** penedam — [2] **B.** *acrescenta:* inde — [3] *Vid. p. 1413, col. 2.ª, nota 1.* — [4] **B.** *Falta.* — [5] **B.** *acrescenta:* et — [6] *Vid. p. 1410, col. 1.ª, nota 5.* — [7] **B.** unum — [8] **B.** dederit

[1] *Vid. p. 1413, col. 2.ª, nota 1.* — [2] **B.** varam — [3] **B.** veteri — [4] **B.** Alfonssus

arsserunt quando pausavit ibi Godinus Fafiz. Item, dixit quod in Salto habet Dominus Rex viiij. casalia regalenga, de quibus dant Domino Regi annuatim quartam partem de rupto et quintam de non rupto. }Item, dixit quod Currus (de Mouro) est villa per se non (populata et) est regallengum (Domini Regis), de quo dant Domino Re(gi) quartam partem de t(erris ruptis) et de non ruptis quin(tam partem to(cius fructus{ [1] et pro eyradiga singulos quartarios de pane si tres modios habuerint, quod si non habuerint, dabunt secundum consuetudinem terre et vocant maiordomum Domini Regis ad colligendum panem. Item, dixit quod Regina Domna Tarasia, magni Alfonsi Regina filia, dedit predicte ecclesie quandam hereditatem divisam et demarcatam, de qua ipsa ecclesia percipit terraticum et Dominus Rex percipit directuras. Item, dixit quod maiordomus terre pausat in predicta villa ter in anno et debent ei dare ad comedendum secundum usum terre et pectant iiij.^or calumpnias, scilicet, homicidium, furtum, rapsum, stercus in ore, et dant pro loitosa melius signum quod habuerint in domo sua, et dant goyosam secundum usum terre. Item, dixit quod quando venerit Dominus Rex vel riqushomo, quilibet istorum casalium debet ire ad querendum maiordomum vel judicem si necesse fuerit, non extra terminum de Barrosum. Item, dixit quod de Ameal pectant vocem et calumpniam totam et dant loitosam et goyosam et in quolibet mense dant vitam et cevatam maiordomo Domini Regis et in uno mense vitam moyal. In aliis vero, secundum usum terre, monasterium vero de Refoyus [2] levat de ista villa terraticum et directuras. Interrogatus unde habuit, respondit se nescire. Item, de Pomari de Regina faciebant de ea tale forum sicut faciunt de villa de Ameal, modo vero nullum forum faciunt inde Domino Regi. Interrogatus quare, respondit quod Menendus Gomecii miles populavit eam pro hereditate monasterii de Refoyus et ideo nullum forum facit inde. Item, dixit quod in villa de Pereira sunt v.^e casalia et ex istis sunt inde duo Domini Regis, de quibus dant Domino Regi annuatim quartam tocius panis et eyradigam, sicut in aliis casalibus de Salto dant et vocant maiordomum Domini Regis et dant pro Pascha annuatim singulos bragaes, et de istis v.^e casalibus pectant totam vocem et calumpniam et dant loitosam et goyosam et dant vitam et cevatam maiordomo [3] Domini Regis sicut superius continetur. Item, dixit quod villa de Ulveira est monasterii de Refoyus et de Boyro et nullum forum faciunt inde Domino Regi. Interrogatus quare, respondit se nescire. Item, dixit quod villa de Revoreda et villa de Popula sunt Johannis Suerii Conelio et sorarum suarum, et de villa de Spineiro et de villa de Gulpeleiras que est monasterii de Palumbario et villa de Baguliam que est ejusdem monasterii, et de villa de Lama Chaa et de Bezoos et de villa de Seara que omnes sunt monasterii de Palumbario, et villa de Carvalio que est Johannis Suariz Conelio et villa de Crastelo que est Fernandi Gomecii et Egas Ramiriz, et villa de Tavoadela que est Alfonsi Garcie et fratrum suorum. De omnibus autem istis villulis, nullum forum faciunt inde Domino Regi nec audet ibi intrare maiordomus Domini Regis. Interrogatus quare, respondit se nescire. Item, dixit quod cauta et ame militum non sunt ibi et milites et ordines nichil acquisierunt ibi modo de novo. Item, dixit quod in casali Domini Alviti est serviciaria Domini Regis et homines de ipsa [1] collatione ducunt panem ad ipsam servizariam.

Martinus Guilelmus [2], Durandus Johannis Pelagius, Anaya, Stephanus Pelaiz, Petrus Roderici, Martinus Martini, Petrus Petri, Durandus Petri, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut primus.

Item, in collatione Sancti Thome de Parada.—Gonsalvus Pelaiz, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex est patronus et habet ibi suum regalengum in leiris, scilicet, in Prado j. pezam, quomodo dividit cum [3] Quintaela et cum Feaes et cum Roca sicut est demarcatum et divisum. Item, in Cabanelas j. campum bene divisum et demarcatum. Item, in Varzea j. campum demarcatum. Item, in casali de Castenariam j. campum demarcatum. Item, in Garapo j. leiram, et de istis supradictis /^{fl. 41 v.o} (leiris dant Domino Regi annuatim quartam partem tocius fructus. Item, terminum de monte de Rodas) [4] sicut est divisum et demarcatum, de quo dant annuatim octavam partem. Item, Tella cum suo termino sicut est divisum et demarcatum, de quo dant annuatim sextam partem et vocant maiordomum Domini Regis ad colligendum panem }(et du)cunt eum ad servizariam de (Feaes) et de Covelaes{ [5] et dant heiradigam [6] secundum usum superius est expressum. Item, dant Domino Regi annuatim, scilicet, de casali de Agueiro in Madio j. carnium [7] et j. taligam de pane pro directura, et si fuerint in isto casali duo vel plures non dabunt nisi istam directuram. Omnes alii [8] habitatores istius ville dat unusquisque Domino Regi annuatim pro Sancto Stephano singulas spatulas de novem costis sine pede cum iij. iij. panibus de sex panibus in taligas. Et si non habuerit spatulam vel panes, dabit xvj. denarios leonenses. Item, dant Domino Regi annuatim fossadariam pro Pasquela, scilicet, de casali de Agueiro j. bragal. Item, de casali de Domno Gontino j. bragal. Item, de casali de Garapo j. bragal. Item, de casali de Vergueiro iij. varas de bragal. Item, dixit quod pectant vocem et calumpniam et dant loitosam et goyosam et vitam maiordomo sicut superius est expressum. Item, dixit quod cautum et honor novus et ame militum et forarii [9] non sunt ibi et milites et ordines nichil acquisierunt ibi modo de novo.

[1] *Vid. p. 1413, col. 2.ª, nota 1.*—[2] **B.** Refoyos—[3] **B.** maiordomum

[1] **B.** ista—[2] **B.** Guilermus—[3] **B.** com—[4] *Vid. p. 1410, col. 1.ª, nota 5.*—[5] *Vid. p. 1413, col. 2.ª, nota 1.*—[6] **B.** eyradiga—[7] **B.** *sic por* carnarium—[8] **B.** isti—[9] **B.** *acrescenta:* Domini Regis

Martinus Pelaiz, Petrus Johannis, Menendus Johannis, Martinus Moniz, Petrus Martini, Martinus Johannis, Pelagius Petri, Johannes Petri, Michael Johannis, Laurencius Gunsalvi, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut primus.

Item, in collatione Sancti Johannis de Poenteira.— Monius Pelaiz, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex est patronus. Item, dixit quod in villa de Paradela habet Dominus Rex tria casalia regalenga populata de novo, de quibus dant Domino Regi annuatim terciam partem tocius fructus et singulos quartarios pro eiradiga secundum usum terre et dant pro Pasquela singulos bragaes. Item, in Covelino j. leiram, de qua dant j. quartarium de pane per taligam de Barroso. Item, in Covelaes habet Dominus Rex suum regalengum demarcatum et divisum in loco qui dicitur Senara, j. campum. Item, in Senara Espinosa[1] j. campum, de quibus dant quartam partem tocius fructus. Item, dixit quod hereditatem de Salgueiro vidit eam multociens demandare maiordomo Domini Regis pro regalengo, sed nunquam vidit inde levare terraticum. Item, dixit quod de Teixogueira usque ad portum de cauto, deinde ad puteum de Goldremir ad fundum de portu, deinde ad lemedeirum de portu de Senara, deinde ad molendinum de Cendom per lemedarium, deinde per aquam ad portum de Mozom, deinde ad lageam de Vaairo, et in Ribadas ij. cortinas, de quibus dant octavam partem panis et tocius fructus, et de via que vadit ad Paradam inferius dant quartam et superius octavam tocius fructus. Item, de casali regalengo de cima de villa dant j. quartarium panis per taligam de Barroso et vocant maiordomum Domini Regis ad colligendum panem et ducunt panem ad serviciariam de Feaes et de Covelaes. Item, dant Domino Regi annuatim de fossadaria pro Pasquela, scilicet, de casali de Pisel j. bragal. |(Item, in Feaes d)e casali de cima de vi(lla j. bragal. Item,) de casali de Alvuras j. bragal. (Item, de casali) de Requeixo j. bragal. Item, de (duobus casa)libus prope ecclesia ij. bragales. Item, in (Covelaes de) hereditate de Monio (Moniz j. bragal). Item, de hereditate de Ver(gueiros j.) bragal et de villa de Cove(laes sunt) per totum vij. bragales|[2]. Item, de casali Martini Gomecii j. bragal. Item, de hereditate de cima de villa j. bragal. Item, de casali de Guimara Gomez j. bragal. Item, in Covelaes de hereditate Petri Gomecii xviij. denarios. Item, in Paradela de hereditate de Alcazareira viij. varas de bragal. Item, dixit quod filii et nepotes et bisnetos Petri Gomecii de Covelaes dant Domino Regi annuatim in Madio pro directo, scilicet, quinque conjugati j. carnarium et[3] j. taligam de pane pro taliga de Barroso. Omnes alii habitatores istius parrochie dant pro Sancto Stephano Domino Regi annuatim singulas spatulas de viiij. costis sine pede cum iij. iij. panibus de sex in taliga. Item, dixit quod intrat ibi maiordomus Domini Regis et pectant vocem et calumpniam et dant loitosam et gayosam et dant in quolibet mense vitam et cevatam maiordomo Domini Regis, sicut superius continetur. Item, Johannes Lopiz et Martinus Martini qui tunc temporis erat judex de Barroso, juratus et interrogatus, et omnes isti subscripti testes excepto abbate dixerunt quod villa Sancti Johannis de Poenteira est Domini Regis. Dixerunt etiam quod contentio[1] orta fuerat inter abbatem et quosdam homines istius villule, et auditis hinc[2] inde racionibus et testibus adjudicata fuit ista villula Domino Regi per Johannem Lopit qui tunc temporis erat judex. Accidit enim postea quod prenominatus abbas composuit se cum[3] Johanne Alfonsi meirino et judicavit eam sibi per cartam et ex tunc amisit inde Dominus Rex totum forum et directuras suas usque nunc, et dicunt quod in quolibet anno redditus istius villule valet[4] c.xx. solidos leonensis monete. Item, dixit quod cautum et honor novus et ame militum non sunt ibi et milites et ordines nichil acquisierunt ibi modo de novo.

Petrus Nicholay, Petrus Durandi, Martinus Petri, Laurencius Petri, Petrus Johannis, Johannes Petri, Domnus Durandus, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut primus et sicut Johannes Lopiz et Martinus Martini judex.

Item, in collatione Sancti Laurencii de Cabril.— Laurencius Petri, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus. Item, dixit quod habet Dominus Rex suum regalengum in Sanguneiro[5] et in Crastelo quod est divisum et demarcatum, scilicet, per fontem Petri Esquido, deinde ad antam, deinde ad Cerdariam, deinde per viam de Carqueigido, deinde per Romeum contra Ponderas, deinde per viam de Lapela, de quo dant octavam partem tocius fructus Domino Regi. Item, in Poza de Mourelo j. leiram et in Nogueira j. leiram ex parte de Regario, et in Chaelo ij. leiras, de quibus dant octavam partem tocius fructus et vocant maiordomum Domini Regis ad colligendum panem, et dant pro eiradiga singulos quartarios secundum usum terre. Item, dant Domino Regi annuatim de fossadaria pro Pasquela, scilicet, de casali de Doneco Gontaz, iiij. varas de bragal. Item, dixit de auditu quod Denecos debent dare annuatim j. spatulam de viiij. costis sine pede cum iij. panibus de sex in taliga. Item, dixit quod pectant vocem et calumpniam et dant loitosam et goyosam et in quolibet mense vitam et cevatam maiordomo Domini Regis sicut superius continetur. Item, dixit quod habitatores de villa de Lapela dant Domino Regi annuatim singulos quartarios de pane per taligam de Barroso pro jugata et nichil amplius. Et si aliquis de istis populatoribus habuerit equum

[1] **B.** Spinosa—[2] *Vid. p. 1413, col. 2.ª, nota 1.*—[3] **B.** *Falta.*

[1] **B.** contemptio—[2] **B.** hic—[3] **B.** com—[4] **B.** vallet—[5] **B.** Sanguineiro

scutum et lanceam, defendat suum tributum, et si habuerit hereditatem in Barroso det inde suam rationem qualem habet in suo foro et nichil amplius, et istud forum dedit Dominus Rex Sancius primus xxx. hominibus de Barroso et non magis. Et si aliquis de alia parte venerit ad istam villam, non perdat de eis Dominus Rex suum forum, et pectant iij. calumpnias homicidium rapsum et furtum, et pro homicidio et rapso pro uno quoque pectabit xv. modios, et furtum quale fuerit ita persolvatur, et de istis omnibus dicunt se habere cartas Domini Regis Sancii primi et secundi.

Item, dixit quod cautum et honor novus et ame militum non sunt ibi et milites et ordines nichil aquisierunt ibi modo de novo.

Martinus Martiniz, Petrus Martini, Petrus Laurencii, Martinus Martini, Laurencius Johannis, Johannes Lopiz, Johannes Nuniz, Dominicus Nuniz, Johannes Fernandi, Laurencius Petri, Johannes Martini, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut primus.

Item, in collatione Sancti Fiiz.—Martinus Moniz, abbas ipsius ecclesie, juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex non est patronus, sed habet suum regalengum, scilicet, in Ponderas unum casale in fundo de villa, de quo dant Domino Regi annuatim octavam partem tocius fructus et heiradigam secundum usum terre et vocant maiordomum Domini Regis ad colligendum panem, et istum[1] casale est servizaria Domini Regis, et omnes qui ibi moraverint dabunt in die Sancti Stephani singulas[2] spatulas[3] de novem costis sine pede cum iij. iij. panibus de sex panibus in taliga, et qui non habuerit spatulam et panem dabit xvj. denarios leonenses. Item, in Ormisti ij. leiras et in Pelagio Alfonsi j. agrum de quibus dant octavam partem tocius fructus. Item, in Ormisti prope Lama j. campum de quo dant quartam partem tocius fructus. Item, agrum de Anta et agrum de Valle de Mozo et agrum de fonte de Milaras, de quibus dant octavam partem tocius fructus et sunt de Cerzedo et vocant maiordomum Domini Regis ad colligendum panem. Item, dant Domino Regi annuatim de fossadaria pro Pasquela, scilicet, de casali de cima de vila j. bragal. Item, de casali de fundo de vila.

Item, dixit quod omnes qui habitant in ista collatione dant in die Sancti Stephani singulas spatulas de novem costis sine pede cum ij. ij. panibus /fl. 42 (de sex panibus in taliga et qui non habuerit, dabit xvj. denarios leonenses. Item, dixit quod pectant vocem et calumpniam et dant)[4] loitosam et goyosam, et in quolibet mense vitam et cevatam maiordomo Domini Regis secundum usum terre, et si mactaverint porcum montes dabunt spatulam et de cervo pernam. Item, dixit quod in Ponderas est unum casale Domne Maiore Gomecii et nullum forum faciunt inde Domino Regi, et dixit quod nescit unde

[1] **B.** istud — [2] **B.** *Falta.* — [3] **B.** j. spatulam — [4] *Vid. p. 1410, col. 1.ª, nota 5.*

habuit. Item, dixit quod cautum et honor novus et ame militum non sunt ibi, et milites et ordines nichil acquisierunt ibi modo de novo.

Durandus Menendi, Petrus Moniz, Pelagius Martini, Pelagius Martini *(sic)*, Petrus Petri, Petrus Lopit[1], Menendus Gagus, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut primus.

Item, in collatione Sancte Marie de Biadi.—Luppus Suariz clericus juratus et interrogatus dixit quod Dominus Rex est patronus et habet ibi suum regalengum, scilicet, terciam partem tocius villule de Biadi sicut dividit per Aguieira, deinde per lombam d Aamiro, deinde per marcum de casali ecclesie, deinde per petram de scuto de Lama Codesosa, deinde ad portas de lageas, deinde per petram de Penacova, deinde per Palam Farigam, deinde ad antam de Vespeiroo, deinde per lombam de Selares, deinde ad petram de Penalva, deinde per petram acutam, deinde ad oxiam de villula Aprilis, deinde ad mestas de Avelaneta, deinde ad Penam Releira et deinde ad Aguyeiram. De ista villula que sic terminatur, dant Domino Regi octavam partem panis et excepto isto habet ibi aliud regalengum, de quo dant octavam partem panis, quod sic terminatur, scilicet, de puteo nigro de Cadavo ad penedum rotondum, deinde ad lombam de Coindo, deinde ad oxiam Sancti Romani, deinde ad Felgar quomodo partiz[2] cum[3] Biadi, deinde ad Pedroucim, deinde ad antam de Vulpolioes, deinde per Rivum Malum. Item, de Teloes dant quintam partem panis Domino Regi et includitur in istis terminis et excepto Eradas quod non est regalengum et non dant inde nisi decimam d eo. Item, de casali de Lobas est medietas Domini Regis et alia medietas herdatorum, de quo dant Domino Regi quintam partem panis. Item, de villula de Fervidelas est medietas Domini Regis cum suis terminis et dant ei octavam partem panis inde et alia medietas herdatorum que sic tota villula terminatur, scilicet, per fontem de Urz, deinde a Coto, deinde ad penedum de Gemeas, deinde ad murum vetus, deinde ad penetum de Ragnadoiro, deinde ad portelam de Lamas, deinde ad cabezam de Oural, deinde per veream de Egua Longa, deinde ad portum de Seravya, deinde ad cornos de Poombeiro, deinde ad caput d Ervoselo. Item, de villula de Bostelo est regalengum Domini Regis, scilicet, de via veteri inferius de qua dant octavam partem, et sic terminatur per aquam de Cambela ubi intrat in Cadavo, deinde per ipsam aquam quomodo discurriz[4] ad Freixeo de Ribas Altas, et in isto termino jacent leiras inclusas et divisas herdatorum. Item, dixit de villa de Froyaes quod est tota regalenga Domini Regis et dant inde octavam partem panis, exceptis vij. leiris que sunt bene divise et demarcate herdatorum, et excepto uno casale[5] Domne Maior Gomez. Item, dixit

[1] **B.** Lopiz — [2] **B.** partit — [3] **B.** com — [4] **B.** discurrit — [5] **B.** casali

de Lamas quod est tota regalenga et sunt ibi xij. casalia, de quibus dant Domino Regi annuatim singulos modios et singulos sextarios pro jugada et singulos carneiros cum iij. iij. panibus. Item, dixit quod Sanctus Romanus est totum regalengum Domini Regis, et quicunque ibi laboraverit cum jugo boum, dabit ij. quartarios, et qui laboraverit cum uno bove dabit j. quartarium per mensuram de Barroso, excepto judice, clerico, maiordomo, serviciale, et omnibus habentibus caballos et arma, qui non dant jugatam et pectant iiij.^{or} calumpnias, scilicet, furtum, rapsum, homicidium et stercus in ore, et dant pro homicidio et rapso centum centum modios et pro stercore in ore lx. modios, et pro furto quale fuerit debet componi. Isti autem homines vadunt in exercitum Domini Regis, ita tamen quod ipsa die reddeant ad domum suam. Item, dixit quod de villa de Petra Fita habet Dominus Rex medietatem et sunt ibi quatuor casalia, de quibus dant Domino Regi annuatim, scilicet, quinque quinque quartarios de pane {et duos carnarios cum (ij. ij. panibus, et)}[1] de alia vero medietate dant Domino Regi octavam partem panis et pro eiradiga singulos quartarios de pane secundum usum terre. Item, dixit quod de omnibus istis regalenguis vocant maiordomum Domini Regis ad colligendum panem et ducunt panem de predictis regalenguis ad servizariam de Biadi. Item, dixit quod de villa de Fervidelas[2] dant Domino Regi annuatim pro Pasquela, scilicet, de casali de Domno Fayldo ij. varas de bragal. Item, dixit quod homines istius parrochie dant Domino Regi annuatim pro Sancto Stephano singulas spatulas de novem costis sine pede cum iij. iij. panibus de sex in taliga, et qui non habuerit dabit xvj. denarios leonenses. Item, dixit quod si aliquis mactaverit bovem vel vaccam, dabit corazil. Item, si fuerit ad venationem et mactaverit porcum, dabit spatulam; de cerbo, de capra montesa[3], de corzo, dabit pernam; de ursso, dabit manus.

Item, dixit quod pectant vocem et calumpniam et dant loitosam et goiosam et in quolibet mense vitam et cevatam maiordomo Domini Regis, et vitam moyal semel in anno secundum usum terre. Item, dixit quod generatio de Monio Guimaraz sunt servitiales Domini Regis. Item, dixit quod cautum et honor novus et ame militum non sunt ibi, et milites et ordines nichil acquisierunt ibi.

Martinus Moniz, Monius Ferrarius, Pelagius Martiniz, Domnus Duram, Petrus Menendi, Fernandus Martiniz, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut primus.

Item, in collatione Sancti Michaelis de Vilaza.—Petrus Petri, parrochianus, juratus et interrogatus dixit quod villa de Vilaza fuit Domini Regis, et Dominus Rex Alfonsus primus dedit illam monasterio de Juynas pro alia villula que vocatur Seysa. Ipse autem abbas de Juynas dedit ipsam villulam ecclesie Bracarensi ut exhimeretur a jurisdictione sua, de qua villula nullum forum faciunt Domino Regi.

Dominicus Petri, Domnus Durandus clericus, Johannes Lopiz, jurati et interrogati, dixerunt in omnibus et per omnia sicut primus.

